




56336-
56337

Mag. St. Dr.

1



*Jacram vocat Synthesi Geometricam. quod
omnis facit et vultus ab ea facta
pervenit esse debent.*

Synopsis
TRIGONOMETRIÆ
S I V E
DOCTRINÆ TRI-
ANGULORUM,
CUM CANONE
TRIGONOMETRICO
hoc est *Vide folio 291 problema*
TABULIS
Sinuum, Tangentium, Secantium,
emendatissimis.

Nunc primùm hac formâ portatili edita
à Matern N 40.

M. PETRO CRÜGERO, REIP.
Dantiscanæ Mathematico.

Ejusdem Auctuarium geminum:

- I. Ratio dimetiendi per quadrantem Altitu-
dines & Logitudines.
- II. Supputandi distantias locorum Geographicas.

DANTISCI *Vide folio 222*

*Summebus Auctoris: quid debeat nomen
typis Hancfeldianis. testim. videri
michi amant*
Anno 1612.

*M. Joannis Brossius Curatorum,
1612 auctoris donationem possidet 1612.*

Domino Constantino von Sulda
anno 1633 bibliotecam n³
Stravi Academi² Dominica
Palmarum Hora 23 febr.

Idem Cingerus scripsit
Trigonometricam Logarithmicam
Dankſci est excusa
anno 1634.



56326

I

Nobilissimi, Spectabilis & Amplissimi
DOMINI

GUALTHERI von Holten
REIPUB. DANTISCANÆ

SENATORIS, peritiâ re-
rum & linguarum clarissimi,

unicè dilectis Filiis:

CONSTANTINO ASCANIO

&

EHRENFRIDO JULO

Fratribus germanis

Discipulis meis carissimis

PETRUS CRÜGERUS

S. D. P.



Eometriæ, Nobiles &
maçti animis Adolescentes,
tanta est utilitas, ut ejus solius
ac gemellæ sororis, Arithme-
ticæ, subsidio

Terrasque tractusque maris cælumque
profundum

pellustrare detur, tanta necessitas, ut eâ nulla
queat carere Respublica, tanta dignitas, ut &
ipse Deus (Plutarchi verbis) *οἰκὴ πάντων μάδισσος*
γεωμετρειᾶς, quippe qui etiam, sapientissimo re-
gum teste, *omnia ordinavit suo numero, pondere*
& mensura. Quocirca meo quidem judicio
præposterè admodum agunt, qui studiosæ ju-

ven-

ventuti fores Geometricas præcludunt ante
lustrata Platonis & Aristotelis Auditoria; con-
trà ipsius Platonis edictum auditorio suo in-
scriptum: *ἔδειξ ἀγεωμέτρητος ἐίστω*. Causam illi
præhendunt, Geometricarum præceptionum
difficultatem & obscuritatem. Et certè fuit
olim, fuit, obscurè & intricatè ubique tradita
mathesis, quia segniter. Hodie verò magno-
rum industriâ artificum adeo perspicuè ex-
culta est, ut amplius obscura videri nequeat
præterquam obscuris ingeniis. Quid olim in
Geometricis abstrusius censèbatur doctrinâ
Triangulorum? à qua etiam multi Mathema-
tici, tanquam invisio scopulo, abhorrebant. Ea
verò nunc à *Landspergio, Picisco, & Jusco Byr-
gio etc.* (loquor de illis, qui perspicuè, breviter,
& methodicè scripserunt) sic adornata est, ut
etiam pueris (ingenui ingenii) cum fructu
proponi possit. Vidit inter alios, quibus

De meliore luto finxit præcordia Titan,
hanc Geometriæ perspicuitatem fructuosæ ju-
cunditati conjunctum DN. PARENS vester,
ac proinde Vos cum prima literatura, ex insti-
tuto Platonis & veterum illorum sapientum,
ad numeros simul & abacum Geometricum
deduci voluit. Vidit illa qualiacunque vernacu-
lo sermone elementa à me Geometrica, à *Io-
hanne Lofio* hujus Reip. Architecto, viro cla-
riis, & peritis, Architectonica, vobis præscri-
pta,

pta, non omninò esse infrugifera. Et jam ad
praxin menforiam aditum parabamus, cum
commodè *Synopsin* hanc *doctrinæ Triangulorum*
publicæ luci destinarem, cui *dimensiones linea-*
rum rectorum per Quadrantem, itemque jucun-

dissimus *distantia locorum Geographica calculus*,
subjuncta sunt. Utrumque cum communi suo
fundamento, doctrinâ dico *Triangulorum*,
Vobis consecrare decrevi, tum PARENTUM
Vestrorum tum VESTRI causa. PAREN-
TUM; ut pro assiduis in me beneficiis, quo-
rum debitorem mori me faciunt, saltem ali-
quam publicam animi grati tesseram hac ad
Vos nundinali strena deponerem: VESTRI; ut
meum erga Vos etiam affectum & promo-
ventem literas vestras animum apertius osten-
derem.

Accipite igitur Doctrinam hanc Triangu-
lorum, omnis Matheseos nucleum & medul-
lam, cujus hausto succo spondeo vos validos
& omninò futuros quantæcunque moli Ma-
thematicæ ferendæ pares. DEUS vestro ju-
ventutis & studiorum flori benedicat, ut is à
nobiliss. PARENTIBUS impensè plantatus
à tempore vires capiat &

Crescat occulto, velut arbor, ævo.

E Museo meo, nundinis Martinalib.

Anni 1612.

* 3

LECTO.

LECTORI MATHEMATICO
A U T O R S.

ITanè, forsan ais, excultâ tot præstantissimis
Artificibus Trigonometriâ, sic ut nihil addi pos-
se videatur, tu tamen etiam nova scriptione
produs in publicum? Ita sanè, tui causâ, Philoma-
thes. Nosti, præcepta fusa, qualia sunt Rhetici,
Regiomontani, Adriani Romani, Finckii, Ma-
gini, Clavii, non ad palatum esse cuius vis. Lands-
pergii & Pitilici contractiora quidem & ex parte
methodica, sed formâ non æquè portatili. Adria-
nus Metius Trigonometriam transcursum quasi
tractat in Astronomia sua: primus autorum, quod
sciam, qui Canonem Triangulorum integrum exhi-
buit formâ, qua noster hic est, minore, sed insertum
libris istis Astronomicis; itaq; non cuilibet emilem.
Interea tamen comperi tum in hac Civitate tum in
Academiis aliquibus optari præcepta simul &
Canonem Trigonometricum seorsim edita libello
sic, ut hunc vides, formato. Nolui proinde tam
discipulis meis quibusdam privatis quam aliis Ma-
thematicum amantibus operâ meâ deesse: quamvis
mihi constaret de non exiguo sumtu typographis
harum regionum impendendo, deq; diuturno diffi-
ciliq; circa numeros Canonicos emendatè imprimen-
dos labore, præsertim cum expertus essem nume-
ris quorundam autorum non parca subesse vitia,
etiamsi planè nulla reperiantur pro more indicata:

Non

Nonnullos sua quidem indicasse, et non omnia.
Adeò ut nequaquam uni soli Autori, ne quidem
Operi Palatino, fidendum. Canonem autem de no-
vo totum retexere, non unius anni laborem esse.

In gratiam ergo Mathematica cultorum emen-
datas exhibeo tabulas, collatis inter se supradic-
torum Autorum Canonibus, ac discrepantiis accu-
rate per differentias & fundamentales regulas ex-
aminatis. Cæterùm secunda jam Canonis octernio
sub prælo erat, cum fermè labores meos eludere
videretur Manuale Mathematicum à Joanne
Enocho Meyero Argentorati vernaculè hac ip-
sa forma nuperrimè editum. In eo non quidem
theoria & fundamentum Canonis habetur, sed
tamen ipse Canon & praxis Trigonometrica: imò
etiam tabulæ Quadratorum & Cuborum copiosissi-
ma. Verùm tractatu pervoluto cum deprehende-
rem supra 300 in numeris Canonicis errata ab
autore indicari (è prima enim Pitisci editione, o-
mnium inter omnes autores vitiosissimâ, Canonem
suum depromsit infelix) & quædam alia subesse
non indicata, ut circa Secantes 66. gr. 9 m. 74. gr.
14 m. 89 gr. 27 & 36 m. etc. non amplius hæ-
rendum, sed meam editionem promovendam cen-
sui. In qua etsi tabulas quidem Quadratorum
& Cuborum non habes (Trigonometria namque
sola mihi proposita est) habes tamen in vicem ea-
rum Trigonometrici Canonis theoriam & funda-
mentum, habes præceptorum & calculi demonstra-

ziones, habes calculum Triangulorum non tantum
planorum sed etiam sphericorum: habes, uno
verbo, Trigonometriam succinctam, & tamen suffi-
cientem, methodo quasi Ramœa quantum potui
me conformata. Insuper dimensionem linearum
rectarum & rationem supputandi locorum distan-
tias Geographicas.

Errata typographica que turbare calculan-
schemata possint, nusquam videbis: non tamen
modo, quo apud Landspergium & alios quosdam
vitiis numerorum dissimulatis sed quousque
lorum acies admittit, collatione post impressionem
reiteratâ, manu meâ per omnia in unum versum
emplaria correctis. Labor profectò tædio
aspectu quodammodo, in octernione præsertim
peregrè absente excusâ) deformis, tuo tamen
etor, instituo magè proficiuus quam erratorum Ca-
talogus. Benè fruerere meis operis, & suo re-
pote Geometriam integram, ut & Astrono-
miam, exspecta.



TRI

RIGONOMETRIÆ
SYNOPTICÆ

CAP. I.

De Triangulorum & Angu-
lorum generibus.

Trigonometria, sive doctrina Triangu-
lorum, est pars Geometriæ de Trianguli
cujuscunque lateribus & angulis arti-
ficioso calculo mensurandis.

Non hic prolixè disputabimus de natura Trigonome-
-jectum circa quod versatur, est Triangulum; spe-
-; triangularia latera & anguli, non item area. Finis
Ca- est laterum & angulorum dimensio. Media dimensionis sunt
-lus admodum certarum tabularum subducendus.
-tribus, in definitione positus, quantum sufficit expli-
-candis & pertractandis libellus hic noster occupabitur.

I. Triangulum, hujus doctrinæ Objectum,
est figura tribus angulis eodidemq; lateribus ter-
minata.

III. Angulus in genere est superficies par-
alis duabus lineis comprehensa.

IV. Anguli generalia theoremata sunt:

i. Lineæ comprehendentes angulum vocantur crura anguli.

TRIGONOMETRIÆ

V. 2. Anguli mensura est arcus Circularis ex angulari puncto tanquam centro descriptus, interque crura satis prolongata interceptus.

Ex angulari puncto cogitetur describi circularis arcus, cruribus anguli contentus, intervallo quantum quidem sufficit, si angulus sit planus; sin sphaericus, intervallo quadrantis, non minore vel majore, distet hic arcus à suo centro, ut infra p. 13. dicetur. Descriptus hic arcus est mensura sui anguli, ita ut quot graduum arcus est, tot graduum esse dicatur angulus.

VI. 3. Tota cujuscunque Circuli peripheria Mathematicis dividitur in partes 360. quæ gradus appellantur: horum singuli more Mathematico constant 60 scrupulis primis, & singula prima 60 secundis &c. Unde semicirculus constat gradibus 180, Quadrans 90.

Divisio hæc est arbitraria: potuisset enim esse partium plurium aut pauciorum, velut apud Hipparchum & alios veteres reperitur partium 33. Hodierna autem commo- distima est, quod nullus inter numeros minores invenitur, qui pluribus distribui possit rationalibus partibus. Habent enim hi numeri omnes assis partes, unciam, sextantem, quadrantem, trientem, quincuncem, semissem, septuncem, bessem, dodrantem, dextantem, ac deuncem.

VII. 4. Arcus eodem graduum numero constantes, in Circulis æqualibus dicuntur æquales, in inæqualibus dicuntur similes.

Tam maximus quam minimus quisque Circulus habet 360 gradus: sed majoris Circuli majores etiam sunt gradus. Arcus igitur 60 graduum in Circulo majori dicitur similis ar cui totidem graduum in minori.

C A P. I.

VIII. §. Arcuum aut angulorum sunt inter-
lum Complementa. Complementum arcus
quadrante minoris est quod ad 90 gradus ipsi
deest: Complementum arcus quadrante ma-
joris est, quod ad 180 sive semicirculum deest.

IX. *Angulus in specie consideratur absolutè
& comparatè.*

X. *Absolutè & in se consideratus aut est pla-
nus aut sphericus.*

XI. *Planus, cujus crura sunt lineæ rectæ in su-
perficie plana: Sphericus, cujus crura sunt arcus
maximorum in sphaera Circulorum.*

XII. *Circuli sphaerae maximi sunt, qui sphaeram
bifecant, adeoque quorum peripheriæ distant à suis
polis per quadrantem.*

Circuli sphaerae maximi sunt quibus majores in eadem
era dari non possunt. Habent hi circuli non tantum sua
centra, cum centro sphaerae semper communia: sed etiam
duos axes, è quorum terminis, qui Poli vocantur, ipsi Cir-
culi describuntur. Polus à polo distat intervallo semicirculi:
unde si ex his polis Circulus aliquis maximus adeoque
sphaeram bifecurus describi debeat, necessarid ejus periphe-
ria distabit ab utroque polo per quadrantem, intervallo
scilicet inter utrumq; polum medio.

XIII. *Anguli sphaerici mensura est arcus ex
angulari puncto tanquam polo descriptus, interque
crura ad quadrantem continuata comprehensus.*

XIV. *Uterque angulus, tam planus quam sphae-
ricus, est aut rectus aut obliquus.*

XV. *Rectus, cujus crura sunt inter se recta si-
ve perpendicularia.*

Simulacrum eius est Norma artificum.

XVI. *Mensura ejus est Quadrans circuli si-
ve 90 gradus, quia si duæ perpendiculares per Circuli
centrum ducantur, Circulum non aliter quam in 4
æqualia segmenta diffecabunt.*

*Æquipollent igitur in doctrina Triangulorum Angu-
lus rectus & Quadrans Circuli, item duo recti & semicir-
culus, item 4 recti & Circulus integer.*


XVII. *Obliquus est, cujus crura sunt inter se
obliqua si-ve inclinata.*

XVIII. *Estq̄ vel acutus vel obtusus. Acutus,
qui minor est recto: Obtusus, qui major.*

XIX. *Anguli comparatè ad alios considerati
sunt vel contermini vel alterni.*

XX. *Contermini, si-ve terminis contigui, sunt
collaterales & verticales.*

XXI. *Collaterales, vulgò Anguli Deinceps,
qui super eadem linea utrinq̄ protensa ad idem pun-
ctum concurrant. Verticales, quorum vertices ad
idem punctum per crucem sunt oppositi.*



C A P. I.

5

Anguli ABC & CBD sunt anguli deinceps: Anguli AEI & VEO , item IEO & VEA , sunt verticales.

Tyrones attendant, in angulorum per literas denominatione semper mediam literam designare ipsum angulare punctum, primam autem & ultimam terminos crurum angularium.

XXII. Alterni, quas recta in rectas parallelas incidens intrà alternatim efficit.



Alterni sunt in hoc schemate primò acuti FGL & GLM , deinde obtusi GLK & LGI . Requiritur ut sint 1. intra duas parallelas FI , & KM , 2. ad lineam HN per has parallelas incedentem, 3. ut sint

alter ad unam parallelam, alter ad alteram: item alter ad lineam parallelas transeuntis partem dextram, alter ad sinistram.

XXIII. Sic de angulis, quantum huic loco sufficit: Laterum in triangulo sunt hæc theoremata.

1. Unumquodque subtendere dicitur angulum sibi oppositum: cuius idcirco basis vocatur; & reliqua latera, crura.



Sic in triangulo ABC latus AC subtendit angulum oppositum ad B , cuius & basis dicitur: latus autem BC est basis & subtensa anguli ad A :

latus BA basis anguli ad C .

XXIV. 2. Latera majora majores angulos subtédunt; minora minores; æqualia æquales.


TRIGONOMETRIÆ

Hoc per se satis clarum demonstratur nihilominus ab
Eucl. 18. & 19. 1.

XXV. 3. Latera duo quælibet simul sumta sunt
majora reliquo.

Nisi enim summa duorum esset major latere tertio, cum
eodem nullam possent constituere figuram. *ff*

XXVI. Præter angulos & latera Triangulum
etiam terminatur altitudine: quæ est perpendicularis
à vertice Trianguli in basin, interdum si opus
sit continuatam.



Ut in Triangulo ABC
perpendicularum BA: in Tri-
angulo DHF perpendicularum
DI: in Triangulo AE
perpendicularum EO.

XXVII. Porro Triangulum est vel planum
vel sphericum. Planum cujus area plana est, &
latera sunt lineæ rectæ: Sphericum cujus area pars
est superficiei sphericæ, & latera sunt arcus ma-
ximorum spheræ Circulorum.

Hinc intelligitur, in Triangulo spherico non tantum an-
gulos, sed & latera gradibus & minutis desiniri: cum latera
plani nunc alio atque alio mensurarum genere desinantur.

XXVIII. Verumq; dividitur respectu tam an-
gulorum quàm laterum.

XXIX. Ratione angulorum Triangulum a-
liud est rectangulum, aliud obliquangulum. Rect-
angulum, quod unum aut plures habet angulos re-
ctos: obliquangulum, quod omnes obliquos.

Sed

Deinde nota
ho pntet
vel scire
naturæ, nã
genius est
str nota
p riuosin.

plane non
pntet le
hinc notat

Sed rectangulum planum non nisi unicum rectum habere potest, ut infra p. 8. c. 3. demonstrabitur.

XXX. Rectanguli rectum unicum habentis latus maximum, angulo recto oppositum, speciatim Hypotenusa dicitur; reliqua rectum includentia, Basis & Cathetus pro libitu.

Hypotenusa est idem quod Subtensa, sic dicta κατὰ ὄψιν, quod subtendat angulum rectum. Sic in Triangulo ABC est BC hypotenusa: AC basis, AB perpendiculū, prout suadet usus. Quinquā & hypotenusa sēpè Basis anguli recti vocetur.

XXXI. Ratione Laterum aliud est Equilaterum, aliud inaequilaterum.

XXXII. Equilaterum, quod & Ordinarium dicitur, constat omnibus lateribus æqualibus.

Consequenter etiam æqualibus omnibus angulis per pr. 24. hujus cap.

XXXIII. Inaequilaterum est aut Equicrurum aut Scalenon.

XXXIV. Illius latera duo sunt æqualia: hujus, omnia inæqualia.

Et sic præcognitum nobis est Objectum hujus doctrinæ, eo nempe modo, quo Geometra Definitiones & Axiomata propositionibus præmittere solent. Quæ de angulorū ac Triangulorū proprietatibus explicanda sunt, seqq. capp. proponentur.

CAP. II.

De proprietatibus linearum & angulorum in se consideratorum.

I. Finis Trigonometriæ est laterum & angulorum triangulariū dimensio. A 4 II. Mæ

II. Media dimensionis sunt partim theoretica, partim practica.

Ne quis hic Logicus delicatulus cavilletur, sciat Mathematicas disciplinas nec esse merè theoreticas nec merè practicas, sed practicas, ut ita loquar, scientias. Vide Keckermanni Methodum formandorum studiorum & Praecognita nostra Mathematica Geometria præmissa.

III. Theoretica sunt contemplatio proprietatum linearum & angulis ad praxin necessariis inhaerentium.

IV. Lineæ tales & anguli primò considerantur absolute, deinde limitatè.

V. Absolute, quatenus in superficie plana vel spherica simpliciter existunt absque figura Geometrica.


VI. Hoc modo considerantur aut lineæ solùm, aut lineæ simul & anguli.

VII. Lineæ solùm vel una vel plures.

VIII. Unius solius proprietates huc pertinentes est Potentia lineæ rectæ, quæ nihil aliud est quam quadratum ex ea lineâ tanquam latere factum.

IX. Si recta bisecta continuetur; oblongum continuatæ & continuationis cum quadrato bisegmenti æquatur quadrato rectæ è bisegmento & continuatione compositæ.

Est 7. e. XIII. Rami è 6. II. Eucl. Si recta quedam *AB* bisecetur in *C*, & ab altero termino *A* continuetur aliquodque ad *D*; oblongum *BDE* factum è tota sic continuata



nuata B D & continuatio-
ne D E (cui equatur D A)
una cum quadrato G H I
K dicimus equari qua-
drato D C M L facto ex
D C qua composita est è li-
nea A & bisegmento A C &

continuazione D A. Brevius: Oblongum D B F E cum sub-
jecto quadrato G H I K equatur quadrato majori D C M
L. Demonstratio facilis est: continetur enim primò qua-
dratum minus G H I K in majori: in eodem etiam conti-
netur quadratum D A G E, item oblongum A C H G. Ob-
longum autem C B F H equatur oblongo E G K L: nam B
F, A D, D E, E G equales sunt per structuram: equales
etiam C D & D L: jam si ab equalibus C D & D L aufe-
rantur equalia A D & D E (hoc est, B F) residua A C &
E L sunt equalia. A C autem equatur C B: ergo & E L
equatur C B: ac proinde oblongum C B F H oblongo E G
K L. Vfus hujus propos. erit in demonstrando calculo, quo
datis Trianguli plani omnibus lateribus queritur punctum
lateris maximi, in quod cadat perpendicularum ex angulo
opposito demissum: quo cognito in cognitionem angulorum
pervenitur.

X. Linearum plurium ad invicem comparata-
rum proprietates alie sunt rectarum, alie sphae-
ricarum.

XI. Rectarum è situ & proportione.


XII. E situ est parallelismus & contactus.

XIII. De parallelismo sunt hæc theorematia.

1. Eidem perpendiculares inrer se sunt parallelæ: & contrâ.

In prop. seq. nisi AB & DC inter se forent parallelæ, non equaliter inclinarent ad tertiam BC , adeoque non esset utraque ad tertiam perpendicularis, contra thesin.


XIV. 2. Parallelæ parallelis terminatæ sunt æquales: & contrâ.



In presenti parallelogrammo A BCD sicut parallelæ AB & DC terminantur parallelis AD & BC

(latera namq̃ parallelogrammi cujuscunque opposita sunt parallelæ) ita hæc quoque terminantur ab illis. Non possent autem AD & BC esse parallelæ nisi AB & DC essent æquales.

XV. Contactus est rectæ tangentis Circulum. Punctum contactus est, ubi radius Circularis in tangentem perpendiculariter incidit.



Contactus fit unico puncto. Vt in presenti diagrammate recta GH tangit quadrantem BC in puncto D , ubi scilicet radius Circularis AD perpendiculariter incidit in rectam GH . Ac nisi tangens esset radio perpendicularis sed à perpendiculari de- scenderet, ab alterutra parte Circulû secaret, non tangeret.

XVI. Linearum proportionalium theorema est hoc.

Si 4. rectæ sine proportionales; rectangulum mediarum æquatur rectangulo extremarum.

Per 16. VI. Eucl. per numeros demonstratio est evidens. P. 14. Sint 4 rectæ AB partium 4, EF 6, FG 12 & BC 18, inter se proportionales, hoc est, sicut se habet prima ad secundam, ita tertia ad quartam: manifestum est quod si prima ducatur in ultimam, tantundem provenire quantum ex ductu mediarum mutuo.

$$\frac{12}{72} \quad \frac{18}{4}$$

CONSECTT. Itaq; 1. datis tribus proportionalibus non potest ignorari quarta: Nam rectangulum mediarum divisum per extremarum unam, prodit alteram.

Vt si ex 4 supra datis, 4, 6, 12, 18, dentur tres priores; rectangulum è 6 & 12, nempe 72, divisum per 4, producit in Quotiente quartam 18. Si cum mediis detur quarta, rectangulum 72 divisum per 18 producit primam 4. Hoc fundamentum est Regule proportionum quam vulgo De tri vocant, quasi regulam de tribus numeris quibus inveniendus quartus proportionalis. Neque refert, utrum termini sic: 4. 6. 12. 18. vel ita: 4. 12. 6. 18. disponantur. Perinde enim est sive dicas, ut 4 ad 6, sic 12 ad 18; sive alternè: ut 4 ad 12 sic 6 ad 18.

Sic etiam inverse: Vt 18 ad 12, sic 6 ad 4. Et

Vt 18 ad 6, sic 12 ad 4.

Et converse: Vt 12 ad 18, sic 4 ad 6. Et

Vt 12 ad 4, sic 18 ad 6.

2. Si tres rectæ sint proportionales, quadratum mediæ æquatur oblongo extremarum.

Hic proportio est continua, ubi media bis ponitur, hoc modo: Vt prima ad secundam, sic secunda ad tertiam. E.g. tribus datis numeris, 4. 6. 9. quadratum media nempe 36. æquatur oblongo ex 4. & 9. facto. Ratio est ex propof. antec. Media enim quia bis supponitur, vicem duarum gerit.

3. Rectangulorum æqualium latera sunt reciprocè proportionalia; & contrà.

Est 16. VI. Eucl. Hactenus autem proportio directa fuit, nunc Reciproce mentionem facimus, ubi sicut se habet primus terminus ad tertium, sic quartus ad secundum. Sensus igitur hujus propositi. est, In rectangulis æqualibus esse ut latus minus rectanguli primi ad latus minus secundi, ita latus majus secundi ad majus primi. Vt in rectangulis ABCD & EFGH æqualibus est ut AB 4 ad EF 6, sic EH 12 ad BC 18. Per p. 16. conversum etiam sequitur, si duorum rectangulorum latera sint reciprocè proportionalia, ipsa rectangula esse æqualia.

XVII. Sphæricarum linearum, hoc est maximorum Sphære Circulorum, huc pertinentes proprietates duæ sunt.

1. Circuli sphære maximi sese mutuò bisecant.

Quemadmodum superficies terminantur & secantur lineis, ita corpora terminantur & secantur superficiebus. Sicut igitur in Circulo diametri plures unâ sese mutuò bisecant in centro circuli: sic circuli sphærici maximi in centro sphære. Quilibet enim per se totam sphæram bisecat per p. 12. c. ant.


XVIII. 2. Si bisectio fiat per mutuos polos, Circuli sunt ad invicem perpendiculares: & contrà.

Alii

Alii dicunt : Si circulus maximus transeat per alterius
 maximi polos, est ipsi perpendicularis. In sphaera mundi per-
 pendiculares sunt Meridianus & alii verticales horizoni,
 Meridianus & alii Circuli declinationū Equatori, Circulū
 latitudinū Ecliptica, Duo Coluri cum sibi invicē tum Equa-
 tori sunt perpēdicularēs. Demonstratio facilis est. E.g. è polo
 Equatoris inter utrumq; colurū describatur mensura anguli
 coluris intercepti, qua mensura erit arcus per quadrantem
 à polo distans per p. 13. c. ant. (& erit arcus equatoris.) Iste
 arcus erit quadrans, quia Coluri per mutuos polos ducti
 sunt : ergo per 16. c. ant. angulus oppositus est rectus, &
 consequenter per 15. Coluri sunt invicem perpendicularēs.
 Sic de aliis.

XIX. Sic de lineis seorsim consideratis : cum
 angulis consideratarum theoremata 4 sunt.

I. Si recta rectæ vel arcus arcui insitit per-
 pendiculariter, facit angulos deinceps rectos :
 si insitit inclinatè, facit angulos deinceps al-
 terum acutum, alterum obtusum; quorum alter
 est alterius ad duos rectos complementū, ambo
 verò conjunctim duobus rectis æquales : &
 contrā.




Quatuor sunt hujus theorematis membra,
 ordine declaranda. Primum est è 10. def. I.
 Eucl. Si recta CB perpendiculariter insisteret
 rectæ AD, uterq; angulorum ad B rectus esset per p. 15. c.
 antec. Secundò quia insitit inclinatè, ideoque quantum uni
 rectorum demit, tantundem alteri addit, è quo defectu &
 excessu fit alter angulorum acutus, alter obtusus. Tertiò al-
 ter est alterius complementum ad duos rectos : & quartò
 summa

summa amborum est æqualis duobus reëtis: quia nempe terminantur eadẽ linea AD quã terminarentur duo reëtis, nec super ea linea ex centro B alius arcus describi potest quam semiperipheria, quæ mensura est duorum reëtorum. Idem planè cogitandum de arcubus sphericis in alios incidentibus.

CONSECT. Itaque dato uno duorum deinceps angulorum non ignorabitur alter.


Alter enim substractus à 180 gr. relinquit alterum.

XX. 2. Anguli quotcunque ad idem ejusdem lineæ punctum concurrentes conjunctim sunt æquales duobus reëtis.



Vt sunt in presenti diagrammate anguli ABC, CBE, EBF, FBG, GBD. Sunt enim hi minores anguli nihil aliud quam duorum deinceps partes, ut è precedentibus manifestum est.

XXI. 3. Si reëta reëtam aut arcus arcum intersectet, anguli per crucem oppositi sunt æquales: omnes autem circa crucem conjuncti sunt æquales 4 reëtis.




De cruce perpendiculari res est manifesta: continet enim 4 reëtos, adeoque omnes æquales. In presenti quoq; cruce dico primum angulos IEO & AEV oppositos esse æquales. Nam IEO & OEV æquantur duobus reëtis per 19. hujus cap. itidemq; duobus reëtis æquantur OEV & VEA per eand. Ergo duo illa angulorum paria sunt æqualia: à quibus detracto VEO, qui communis est utriq; pari, residui IEO & AEV sunt æquales, per ax. comm. 3.

Eadem

Eodem ratione dico $AEI \text{ \& } VEO$ aequari: nam $OEV \text{ \& } VE A$ sunt aequales duobus rectis, ut $\text{ \& } VE A \text{ \& } AEI$: ergo ab his equalibus angulorum paribus detractus communis $VE A$, relinquit aequales $AEI \text{ \& } VEO$. Dico deniq; omnes circa crucem conjunctim aequari quatuor rectis: quia jam demonstratum est, $AEI \text{ \& } IEO$ duobus rectis aequari, itemq; $OEV \text{ \& } VE A$ aliis duobus rectis. Adde quod ex angulari puncto E peripheria summam omnium mensuratur, à quacunque cujuscunque lineae puncto describi coeperit, eodem puncto finiretur: peripheria verò tota 4 rectorum est mensura per p. 16. cap. ant.

XXII. 4. Si recta in rectas parallelas incidat, angulos similes similiterque fitos & alternos efficit aequales: & contrà.



In presenti schemate, quod $\text{ \& } p. 22. c. ant.$ tec. habuimus, recta HN incidens in rectas $FI \text{ \& } KM$ parallelas, efficit 1. angulos alternos $FGL \text{ \& } GLM$ acutos aequales, ut $\text{ \& } alternos obtusos $GLK \text{ \& } LGI$, 2. efficit$

etiam aequales angulos $FGH \text{ \& } KLG$ ut similes similiterq; fitos, itemq; $HGI \text{ \& } GLM$; $\text{ \& } ex altera parte $NLM \text{ \& } LGI$, $\text{ \& } c.$ Ex hoc sequitur è natura parallelarum: nam si HN recta est, recta $FI \text{ \& } KM$ aequaliter distare non possunt, nisi ad rectam HN aequalibus angulis inclinentur. Notandum autem hanc angulorum $\text{ \& } linearum proprietatem proprie non competere arcibus $\text{ \& } angulis sphaericis sed tantum planis.$$$

De proprietatibus laterum & angulorum Triangularium.

HActenus de lineis & angulis absolute consideratis: limitate considerantur, quatenus vel terminum Triangulorum sunt, vel rectæ Circulo ascriptæ.

II. Terminorum hoc est angulorum & laterum Triangularium adeoque ipsorum Triangulorum proprietas una est quæ Triangulis tam planis quam sphericis competit, nempe hæc:

Si Triangulum sit æquicurum, anguli ad basin invicem æquantur, & continuatis cruribus etiam externi infra basin anguli æquantur.

Interni quidem per p. 24. c. 1. Externi vero, quia cum suis internis per p. 19. c. 2. æquales sunt binis rectis: Si igitur quilibet internus auferatur à duobus rectis, relinquuntur æquales externi. Vide quàm facile demonstrari possit hæc propositio, quæ tamen olim in scholis crux & furga miserorum est appellata.

III. Cætera proprietates sunt aut planorum aut sphericorum.

IV. Et planorum alia quibuscunque Triangulis communes, alia certo generi speciales.

V. Communes hæ sunt:

I. Si Triangulum tam basi quam altitudine sit æquale parallelogrammo, area ejus ad aream parallelogrammi est subdupla.



Quod ad oculum patet, primò in Triangulo DEC cõparato ad rectangulum ABCD, ubi perpendicularum EF altitudinem Trianguli per p. 26. cap. I. definiens & lateri rectanguli parallela cadit intra Triangulum efficiens Δ lum novum DEF æquale Δ lo DEA propter rectas AE & DF item EF & AD per 13. & 14. c. 2. parallelas & æquales: iisdem de causis etiam

Δ lum EFC, & CEB sunt æqualia: ita ut rectangulum ABCD comprehendat Δ lum DEC duplicatum.

Secundò in Δ lo NIL comparato itidem ad rectangulum GHLN, sed ubi perpendicularum IK lateri rectanguli parallelum cadit extrà in basin NL continuatam ad K. Nam si rectangulum particulare HIKL reponatur interius ad GOMN, erit rectangulum GHLN æquale rectangulo OIKM, itemq; Δ lum particulare NPM particulari HIQ æquale per prop. ante cit. Patet itaque trapezium OPQH æquari trapezio POLM, & Δ lum QLI cum IHQ sive NPM (hoc est totum IHL) æquari Δ lo ILK. Proinde rectangulum OIKM sive GHLN continet duplum Δ li NIL.

Tertiò in Δ lo AEI comparato ad parall. obliquangulum OVI A, cuius & Δ li altitudo VX. Ducatur è vertice Δ li E recta ET parallelogr. lateribus OA & VI (sicut & in prioribus figuris) parallela: manifestum est propter æquales parallelas OE & AT item OA & ET Δ lum AOE Δ lo EAT æquari: ut & Δ lum IET Δ lo EIV propter æquales parallelas EV & TI item ET & VI. Patet itaque propositum.


Triad.

VI. 2. Triangula vel parallelogramma æquealta sunt ut bases.

Hoc est: sicut se habet basis unius ad basin alterius, ita area unius ad aream alterius & contrà; si scilicet fuerint ejusdem altitudinis. Notent autem tyrones, in parallelogrammis esse bases geminas, nempe latera opposita. In præced. prop. figura secunda sicut se habet NL basis parallelogrammi $NLHG$ ad LK basin parall. $LKIH$, sic area prioris est ad aream posterioris. Item in tertia figura, ut AT ad TI sic area $ATEO$ ad aream $TIVE$. Ratio naturalis est, quia area tantum uniformiter propagantur unà cum basibus, altitudine manente: igitur qua proportione dilatantur bases, eadem crescunt & area. Quod in parallelogrammis demonstratum derivatur ad Triangula, quorum area subdupla sunt ad areas parallelogrammorum sibi æquealiorum aqua basi per p. præc. Nam ut basis ad basin, sic area subdupla basis unius ad subduplam alterius. Erit igitur in figura secunda, ut NL ad LK , sic Triangulum NLI ad Triangulum LKI : & in tertia, ut AT ad TI , sic Δ lum ATE ad Δ lum TIE . Et contrà ut Δ lum ad Δ lum sic basis prioris ad basin posterioris.

VII. 3. Trianguli plani latere quocunque continuato; angulus, qui ex continuatione fit externus est æqualis duobus internis huic oppositis.

Esse Triangulum ABC , cujus latus quocunque AC continuetur in D , ut fiat angulus externus BCD , quem dico duobus internis ad A & B simul sumtis æquari. Ducta namq[ue] CE



CE parallela lateri AB facit angulum BCE alterno ABC equalem per p. ult. cap. præc. Per eandem etiam angulus ECD æquatur similiter suo BAC: atque ita externus BCD ex particularibus BCE & ECD compositus æquatur internis oppositis.

VIII. 4. Trianguli plani tres anguli conjunctim sunt æquales duobus rectis.


Est 32. I. Eucl. ad plurimas demonstrationes necessaria. Ipsa sic demonstratur: In Triangulo proximè præc. anguli externi BCD complementum ad duos rectos est internus deinceps ACB per p. 19. c. præc. Ipsi verò externo per p. jam addò præcedentem demonstratum est æquari internos ad A & B conjunctim. Ergo tres interni tantum valent quantum externus cum suo deinceps complemento, hoc est, æquivalent duobus rectis.

CONSECTT. Itaque 1. In Triangulo plano non potest nisi unus esse rectus vel obtusus; cæteris necessariò acutis.

2. Duorum quorumcunque complementum ad duos rectos est tertius.

3. In Triangulo rectangulo acutorum alter est alterius complementum ad unum rectum seu quadrantem.

IX. 5. Si duo Triangula inscribantur eisdem Circulo eadem basi, sed vertice alterius in centro, alterius in peripheria; angulus ad centrum duplus est anguli ad peripheriam.




Duorum Δ lorum AEI & AOI eidem circulo inscriptorum eadem basi AI , vertice alterius ad E , alterius ad centrum O , dico angulum ad O duplum esse anguli ad E . Ducta namq; per Δ lorum vertices diametro EO & V sunt duo Δ la æquicrura AEO & EOI : in quibus per p. 2. hujus cap. angulus AEO æquatur angulo EOA , item angulus OEI angulo OIE . Externus autem AOV per p. 7. æquatur internis ad A & E Δ li AEO item externus VOI æquatur internis ad E & I Δ li EOI . Ergo AOV duplus est anguli AEO , & VOI duplus anguli OEI : atque ita totus AOI duplus est totius AEI .

CONSECT. Itaque Triangula eidem Circuli sectioni inscripta, sunt verticibus æquiangula.

Singulorum enim anguli ad verticem semisses sunt anguli ad centrum: cujus anguli basis cum basibus reliquorum Δ lorum communis est.


X. 6. In Triangulo plano parallela basi secat crura proportionaliter.



Est 2. VI. Eucl. In Δ lo AEI recta OV parallela basi AI secat crura EA & EI proportionaliter in O & V , ita scilicet ut sit velut AO ad OE sic IV ad VE & c. Ductis enim rectis aliis OI & VA sunt duo Δ lorum paria æque alta, 1. EVO & OVA , 2. EOV & VOI . Proinde per p. 6. hujus c. erunt ut Δ lum EVO ad basin EO , sic Δ lum OVA ad basin OA : item ut Δ lum EOV ad basin EV , sic Δ lum VOI ad basin VI . At qui etiam est ut Δ lum EOV ad Δ lum OVA , sic idem

idem Δ lum EVO ad Δ lum VOI. Ergo etiam ut basis EO ad basin EA, sic basis EV ad basin EI. Proportionaliter itaque crura EA & EI Δ li AEI secta sunt in O & V: quod erat demonstrandum.

XI. 7. Si duo vel plura Triangula binis angulis sint æquiangula, prorsus æquiangula sunt, & similia vocantur.



Ut in hisce duobus Δ lis si Δ li minoris angulus ad A equalis fuerit angulo Δ li majoris ad A & angulus ad D angulo ad E, necessariò quoque Δ li minoris tertius æquatur tertio majoris. Nam in utroque summa trium est equalis duobus rectis per p. 8. hujus cap. Ablatà itaque in utroque Δ lo duorum equalium summa à duobus rectis residui relinquuntur æquales. Igitur si Triangula binis angulis sint æquiangula, etiam tertio sunt æquiangula. Et talia Triangula vocantur Similia.


XII. 8. In Triangulo parallela basi desecat particulare Triangulum simile toti.

Sic propof. 10. Triangulum EOV à recta OV resectum simile fit toti AEI. Angulus enim ad E utriusque Triangulo communis est; EVO verò & EIA similiter siti ac proinde per p. ult. c. 2. æquales. Similiter etiam siti sunt & æquales EO V, & EA I. Ergo singuli in Triangulo minori æquantur singulis in majori.


XIII. 9. Triangula similia sunt lateribus æquales angulos comprehendentibus proportionalia.

Est 4. VI. Eucl. totius Geometria, si spectes utilitatem,

præstantissima & verè aurea propositio. Quippe basis est omnium, quæ terra, mari, cælo, sunt, dimensionum. Sumto duo Triangula prop. 11. quæ æquiangula sint ex thesi, proinde si AD applicetur ad AE, necessariò AB caderet in AC, & propter æquales angulos ad D & E latera reliqua DB & EC erunt parallela, fietq; DB inscripta Trianguli majoris. In quo si ex concessu p. 23. c. 1



EC assumatur ut basis, manifestum est DB per p. 10. hujus cap. secare crura AE & AC proportionaliter in punctis D & B: Vi sit velut AD ad DE, sic AB ad BC: & alternè ut AD ad AB, sic DE ad BC: ergò etiam ut AD ad AE, sic AB ad AC: vel alternè ut AD ad AB, sic AE ad AC: & inversè ut AC ad AB, sic AE ad AD &c. Latera igitur AD & AB minoris Δ li angulum A comprehendenti sunt proportionalia majoris Δ li lateribus AE & AC, æqualem priori angulum (hoc loco eundem) comprehendenti.



Adhuc in presentibus Δ lis ABC & ADE reſtãngulis ad C & E, quoniam angulus ad A Δ lo utriq; communis est, per 10 huius cap. latera AD & AE proportionaliter secantur in B & C.

Proportiones hæ sunt; alternis omiſſis:

Ut AD ad AE,

Sic AB ad AC:

Ut AD ad DE,

Sic AB ad BC:

Ut AE ad ED,

Sic AC ad CB: rursusq;

Vt AB ad AC, Sic AD ad AE :

Vt AB ad BC, Sic AD ad DE :

Vt AC ad CB, Sic AE ad ED. Variationes

plures te docebit usus. Tot etiam habebis, ductâ rectâ BF parallelâ ad CE. Labet propositionem utilissimam & secundissimam etiam exemplo pratico hic illustrare. Sit DE turris aut alia quæpiam altitudo ad horizonem AE recta: hujus umbra forte spargatur ad usque A. Erecto ad perpendicularum baculo BC, sic ut extremitas umbrae à baculo sparsa cadat etiam in A. Mensuretur baculus & esto forte 5 pedum: mensuretur & ejus umbra AC, quæ esto 7 pedum: mensuretur denique turris umbra AE 66 pedum. Quoniam igitur baculus BC & altitudo DE per p. 13. c. 2. parallele sunt, erunt anguli ad C & E recti, extremus autem radius Solaris DA duo Triangula facit, DAE & BAC, similia propter rectos ad C & E & propter communem ad A. Quare per regulam proportionum ita collige:

Sicut est umbra baculi Ad ipsum baculum CB 5

AC 7 pedum, pedum :

Ita est umbra altitudin. Ad ipsam altitudinem AE 66

AE 66 pedum, pedum.

Sed longè elegantiores dimetiendi modos hac propositio postmodum procreabit.

XIV. Speciales proprietates istæ sunt.


I. In Triangulo æquilatèro quilibet angulus est bes recti. (gr. 180.

Hoc est 60 gr. per p. 8. Omnes enim tres habere debent

XV. 2. Si trianguli angulus quidam æquatur duobus reliquis, est rectus.

Per eandem p. 8, hujus cap. quia est semis duorum rectorum, hoc est, summa omnium trium.

XVI. 3. Si trianguli latus maximum sit diameter Circuli, angulus oppositus est rectus.



Vulgò: Angulus in semicirculo rectus est Ut in presenti Triangulo ABC quia latus AC possit esse diameter Circuli, dico angulum ad B rectum esse. Ducto namq̃, circulari radio BD, fiunt duo Δ la particularia æquicrura ABD & DBC propter radios Circulares DA, DB & DC. In hisce Δ lis per p. 2. hujus cap. angulus DBC æquatur angulo C, & angulus ABD angulo BAD; & sic Δ li propositi ABC angulus ad B totus æquatur duobus reliquis ad A & C: proinde per p. 15. rectus est.

XVII. 4. Si Triangulum sit rectangulum simul & æquicrurum, uterque ad hypotenusam angulus est semissis recti.

Quia juncti constituunt alterum rectum per p. 8. ambo verò sunt invicem æquales per p. 2.

XVIII. 5. In Triangulo rectangulo perpendicularis ex angulo recto in basin efficit particularia duo Triangula, similia inter se & toti.



Inter jucundissimas & utilissimas Geometrie propositiones & hæc est. Eucl. 8. VI. In Triangulo ABC ad A rectangulo perpendicularẽ demissam ex A in hypotenusam CB dico efficere duo nova Triangula CAD & DAB similia inter se & toti ABC. Primò namq̃, totum & particulare CAD per II. hujus cap. similia sunt propter rectos CDA & CAB,

$CA B$, propter q_3 cōmunem ad C . Deinde totum & particulare $D A B$ per eandem similia sunt propter rectos $B D A$ & $C A B$ propter q_3 communem ad B . Denique cum particularia uni tertio sint similia, inter se quoque sunt similia, per axiomm. Geom. communia.


XIX. 6. In Triangulo rectangulo perpendicularis ex angulo recto in basin est media proportionalis inter segmenta basis: & crus utrumlibet est medium proportionale inter basin & basis segmentum ipsi cruri conterminum.

In Δ lo proximo 1. perpendicularem AD dico mediam proportionalem esse inter basis segmenta CD & DB : quia namq; per prop. prec. Triangulum CDA Δ lo DAB equiangulum est, erit etiam per p. 13. Vi CD ad DA , sic DA ad DB & contrā propter angulum ad D in utroque Triangulo rectum, hoc est aequalem. 2. Dico crus CA medium proportionale esse inter basin totam CB & basis segmentum CD cruri CA adjacens: cum enim Triangulum CDA toti CBA per p. antec. simile sit, erit etiam ut CB hypotenusā majoris ad CA hypotenusam minoris, sic eadem CA crus minus Trianguli majoris ad CD crus minus minoris & contrā, propter angulum ad C utriq; Triangulo communem id est sibiipsi aequalissimum. 3. Eadem ratione ut CB hypotenusā Trianguli majoris ad BA hypotenusam minoris ABD , sic eadem AB crus majus Trianguli majoris ad BD crus majus Trianguli minoris. Constat itaque propositum.

XX. 7. In Triangulo rectangulo anguli recti basis æquè potest cruribus: & contrā.

Vel: Latera comprehendentia rectam æquè possunt hypotenusam

potenusa: hoc est, (ut p. 8. c. 2. explicat) \square rum ex hypotenusa factum æquatur \square ris reliquorum laterum simul sumtis. Est illa celebratissima 47. I. Eucl. apud ipsum & plerisque satis obscure & anfractuose demonstrata: Pappus eam demonstrat perspicue & facillimè hoc modo.



Descriptis hypotenuse & crurum quadratis, ex angulo recto B demittatur perpendicularis BK in in ejus basim AC, eaq; continuetur per totum basis quadratum usque in L. Quo ipso quadratum secatur in duo oblonga: quorum unum AHLK æquari dicimus quadrato

ABED alteram KLIC quadrato BFGC, atque ita ambo quadrata ABED & BFGC simul sumta quadrato AHIC. Nam quia per p. antec. tres rectæ AK, AB, & AC sive AH sunt proportionales, ideo per 2. Conf p. 16. c. 2. quadratum è media factum æquatur oblongo AHLK ab extremis AC (hoc est, AH) & AK facto. Iisdem de causis quia alia tres rectæ, KC, CB & CA sive CI, sunt proportionales, quadratum CBFG æquatur oblongo CKLI: atque ita duo quadrata ABED & BCGF simul sumta æquantur quadrato toti AHIC: quod erat demonstrandum.

CONSECT. Igitur in Triangulo rectangulo datis duobus quibuscunque lateribus non potest ignorari tertium,

Nam si detur utrumque crus anguli recti & desideretur hypotenusa; cruris utriusque quadrata invicem adduntur,

duntur, èq̄ summa extrahitur Radix quadrata, ea erit hypotenusa. Sin detur hypotenusa cum alterutro crure; desidereturq̄, crus alterum; dati cruris quadratum subtrahitur à quadrato hypotenuse, è residuo extracta radix quadrata est crus quæsitum. Ad hanc igitur Triangulorum doctrinam requiritur notitia extrahende radicis quadratæ, ab Arithmeticis petenda.

XXI. Hæ fuerunt proprietates laterum & angulorum in Triangulis planis: Sphæricorum itidem sunt generales & speciales.

XXII. Generales hæ sunt.


1. In Triangulo sphærico si anguli crura continentur, denuò concurrent, angulo à priori per semicirculum remoto, eidemque æquali.

Crura sunt arcus maximorum circulorum per p. I I. c. I. Circuli maximi sese bisecant per 12. ejusdem c. ideoque peripheriarum intersectio gemina est in punctis sc. oppositis. Puncta spheræ opposita distant ab invicem semicirculo. Sunt enim extremitates diametrorum. Angulorum utriusque intersectionis mensura distat ab his punctis intervallo quadrantis per p. 12. c. I. igitur utriusque anguli eadem est mensura ac proinde ipsi anguli sunt æquales.

XXIII. 2. Triangulo sphærico cuiusvis è regione cujusvis anguli opponitur Triangulum aliud, basi communi, anguloq̄; è regione æquali; cæteris lateribus & angulis laterum & angulorum priorum complementis ad semicirculum.

Per p. præcedentem & per 19. c. 2. Exemplo è sphaera mundi desumpto rem illustrabimus. Cogitetur Triangulum, cujus unum latus sit arcus horizonis exempli gratia gr. 33. alterum arcus Equatoris gr. 26. angulo cruribus his intercepto 35 gr. tertium latus erit arcus circuli cujusdam maximi generalis gr. 18. m. 19. terminos priorum laterum connectens, anguli reliqui sint ad horizontem quidem 53 gr. 3 m. ad Equatorem verò 96 gr. 10 m. Priora duo latera si trans tertium continuentur, iterum concurrent angulo ad priorem horizontem & Equatore comprehensum æquali per p. præc. Constituunturq; novum Triangulum, cujus unum latus cum prioris Trianguli tertio latere commune est gr. 18. min. 19. reliqua latera quia singula cum illis, à quibus continuata sunt, semicirculum constituent, sunt eorundem ad semicirculos complementa: sic & anguli reliqui sunt priorum singuli complementa ad semicirculos, quia sunt anguli Deinceps per p. 19. cap. 2. Erit itaque latus ab arcu Equatoris factum 154 gr. angulus adjacens 83 gr. 50 m. latus ab horizonte generatum 147 gr. angulus adjacens 126 gr. 57 min.

XXIV. 3. Trianguli sphaerici latera in angulos, & contrà, converti possunt, assumtis scilicet pro latere & angulo maximo complementis eorundem ad semicirculum.



In præsentî figura Circulus A BCDE sit meridianus, ALE horizon, BKF equator, DOH Circulus declinationum, COG verticalis. Assumpto verò Triangulo CDO erit per p. 13. c. 1. anguli D mensura arcus equatoris BO anguli


anguli ad C externi (complemento scilicet interni ad semiculum assumpto, ut docet theorema) mensura erit arcus horizontis AL, anguli denique ad O mensura est arcus HN alterius Circuli declinationum continuatus per punctum æquatoris P in horizontem ad M. Sicut autem quadrantes sunt BK & KF, AK & KE: ita etiam quadrantes sunt OP & LM, item sicut quadrans est HP (scilicet ex O intersectione Æquatoris & Circuli declinationum descriptus) ita quadrans est NM, ut AL & KM, BO & KP, HN & PM sint arcus æquales. Cum igitur AL mensura anguli C æquetur arcui KM, item BO mensura anguli D arcui KP, denique HN mensura anguli O arcui PM, jam patet Trianguli KMP tria latera æquari tribus angulis Trianguli CDO. Contrà etiam Anguli illius Trianguli æquantur lateribus huius. Nam anguli ad K mensura est elevatio æquatoris AB, cui æquatur complementum elevationis poli DC: Anguli ad M mensura est arcus LN, cui æquatur OC, siquidem non tantum CL & LG sed etiam ON quadrantes sunt: denique angulus ad P per p. 18. c. 2. rectus est, ergo eius mensura æquatur quadranti DO. Hoc exemplum perspicuum è sphaera mundi selegi, ne minus assueti aliqua demonstrationis obscuritate deterrerentur. Insignis est huius theorematibus usus in analysi quorundam Triangulorum sphericorum.

XXV. Speciales sphericorum proprietates sequuntur. Primò rectangulorum.

1. Trianguli sphaerici rectanguli interdum unus tantum est angulus rectus, interdum plures.

XXVI. 2. Si fuerit unus, erunt reliqui vel acuti,

acuti, tumq; huic rectangulo opponitur aliud
 rectangulum cum duobus obtusis: vel obtusi, ac
 tum huic Δ lo opponitur aliud rectangulū cum
 duobus acutis: vel denique alter obtusus alter
 acutus, tumque acuto opponitur Triangulum
 rectangulum cum duobus acutis.



Esto $ABCD$ Meridianus, AE
 E horizon, $B \hat{=} G$ arcus equato-
 ris, $C \hat{=} F$ arcus Ecliptica, cujus
 E polus H in arcu Circuli latitudinum
 DHF . Triangulum Rectangulum
 cum duobus acutis est ACF , huic
 oppositum triangulum CFE rect-
 angulum est ad E cum duobus obtusis ad F & C . Triangu-
 gulum autem FDE rectangulum ad E habet unum acutum
 ad F alterum obtusum ad D .

XXVII. 3. Rectanguli cum duobus acutis
 latera singula sunt quadrantibus minora: cum
 duobus obtusis, latera his opposita sunt qua-
 drante maiora, tertium quadrante minus.

XXVIII. 4. Si fuerint in Triangulo recti plu-
 res, erunt illi vel duo vel tres: Latera verò re-
 ctos subtendentia sunt quadrantes.

XXIX. 5. Si tertius sit obtusus, latus terti-
 um est quadrante majus; sin acutus, erit id
 quadrante minus.

Omnia per p. 13. 16. & 24. c. I.

XXX. Deinde obliquangulorum.

I. Triangulo merè acutangulo opponitur
 aliud cum uno acuto & duobus obtusis,

XXXI. 2. Me-

XXXI. 2. Merè obtusangulo opponitur aliud cum uno obtuso & duobus acutis.

XXXII. 3. Ex obtusis & acutis mixto, si fuerit unius acuti, opponitur merè acutangulum: sin unius obtusi, purobtusangulum.

CAP. IV.

De Subtensis, Sinibus, Tangentibus & Secantibus.

I. Tantum de lineis & angulis Triangulorum sequuntur lineæ rectæ Circulo ascriptæ.

II. Harum aliæ Circulo inscribuntur, aliæ Circulum tangunt, aliæ etiam secant.

III. Inscriptarum quædam dicuntur Subtensæ quædam Sinus.


IV. Subtensæ dicuntur, quæ Circularibus arcibus subtenduntur, eosque terminant: alio nomine vocantur & Chordæ.

V. Suntque vel generales & simpliciter dictæ vel speciales & limitatæ.

VI. Generalium sunt hæc theorematæ.

I. Subtensæ dicitur & arcus, & reliqui ad integrum Circulum complementi.

Qualibet



Qualibet subtensa Circulum dividit in duo segmenta sive equalia, ut diameter, sive unequalia, ut adiametri. Vtriusque igitur segmenti subtensa est. Ut FG non tantum est subtensa arcus FDG, sed etiam arcus reliqui GCIEHBF.

VII. 2. Subtensæ æquales in iisdem aut æqualibus Circulis subtenduntur æqualibus arcibus: inæquales contrà.

VIII. 3. Ut Circulus ad Circulum, sic subtensa arcus ad subtensam arcus alterius similis. Vide p. 7. c. 1.

IX. 4. Inæqualium in eodem Circulo subtensarum diameter est maxima, diametroque propior est major remotiori, remotissima minima.

Hæc omnia demonstrantur à Geometricis labore non necessario, siquidem lucem habent naturalem ut è precedenti schemate manifestum est. Modò in hac comparatione omnes subtensæ sint parallele.

CONSECT. Itaque si quædam sint æquales, æquidistant à centro: & contrà.


Sic in priori schemate FG & HI quia ponuntur æquales, æquidistant à centro A: & si ponuntur æquidistare à centro, necessariò sunt æquales. Nihil hoc in casu refert, utrum sint parallele vel inclinate: non enim dicitur eas æquidistare à diametro sed à centro.

X. 5. Si subtensa perpendiculariter bisecet subtensam

subtensam, bisecans diameter est: & contra si diameter bisecet adiametrum, bisectio perpendicularis est.

In priori schemate subtensa DE perpendiculariter bisecet subtensam HI: dico bisecantem DE diametrum esse. Bisecetur enim rursus DE perpendiculariter ab alia BC in A. Quoniam igitur segmenta AC, AD, AB, AE sunt equalia; Circulares radii sunt, adeoque tota BC & DE diametri. Hinc sequitur Conversa: nam quia subtensa quaedam perpendiculariter bisecari nequit nisi diametro, ut jam probatum est, ideoque etiam si diameter quandam aliam bisecat, necesse est perpendiculariter bisecet.


XI. 6 Potentia diametri ad radii potentiam est quadrupla.



Id quod ad oculum patet in hac figura, ubi \square tum ABC continetur in \square o EFGC quater.

XII. 7. Si quatuor in Circulo subtensæ fiant conterminæ, sic ut quadrangulum fortuitum constituât; re-


ctangulum è diagoniis æquatur reſtangulis binorum oppositorum laterum simul sumtis.



Sunt subtensæ AE, EI, IO, OA, conſtuentes quadrangulum quodcunque AEIO, cujus diagoni EO & AI: è quibus factum reſtangulum dico æquari duobus reſtangulis, quorum alte-

e

tum




 lum k , est ad sinum anguli C , cujus mensura BI comple-
 mentum est lateris IH ; & contrã.

X. 2. In iisdem è continuatione ortis Trian-
 gulis, Sinus laterum communi acuto adjacen-
 tium, Tangentibus laterum eidem opposito-
 rum directè sunt proportionales.

In figura prop. 8 huc repetita Triangulis HIk & $H Bk$
 resumptis est ut AB sinus lateris HB (h. e. sinus quadrantis si-
 ve Radius) ad BM tangentem lateris BQ , sic LI sinus la-
 teris HI , ad LO tangentem lateris $I k$. Triangula namq;
 plana ABM & LIO sunt hic equiangula iisdem de cau-
 sis, quibus ibi fuerunt APQ & $N Lk$, neque res demon-
 stratione nova indiget. Valent hic ergo proportionēs:

$L S$

$V. AB$

Vt AB ad BM , Sic LI ad IO . Et

Vt LI ad IO , Sic AB ad BM . al-

Vt OI ad IL , Sic MB ad BA . ter-

Vt MB ad BA , Sic OI ad IL . nè.

Proportiones secantium AM & EO non sunt hujus loci.

XI. Hinc derivatio proportionum specialis in Triangulo cum duobus acutis rectangulo quocunque:

Vt Radius Ad tangentem Ita sinus lateris adjacentis lat. oppositi Ad tangentem alterius acuti: ris adjacentis lat. oppositi

Vt Tangens Ad Radium:

acuti

Vel per 42. c. 4.

Vt Radius Ad T. compl.

istius acuti:

Ita T. lateris Ad sinum lat. acuto oppositi adjacentis

Vt sinus lateris Ad Radium:

acuto adjac.

Vel per 45. c. 4.

Vt Radius Ad sec. compl.

lateris istius:

Ita Tang. lat. Ad tang. ipsius lateris acuto oppositi acuti.

Quod supra ad tres priores proportionem pr. 9. monui de mensura anguli H , idem hic repeti volo: sic ut quicquid hic de tangente anguli H dicitur, id quoque de tangente arcus BQ intelligatur. Item:

Vt sinus com. Ad Radium:

plem. acuti

Vel per 46. c. 4.

Vt Radius Ad secantem

acuti:

Sic tang. com. Ad T. compl. plemeni hy- lateris acuto potensu adjacentis.

Ut Radius Ad sinum com- Sic tang. com- Ad tang. com-
 plementi ang. plementi late. plementi hy-
 acuti: ris adjacentis potenusæ.

Vel per 43 & penult. c.4.

Ut Radius Ad secantem Sic tangens la. Ad tangentem
 acuti teris adjac. hypotenusæ.

Et per eadem:

Ut Secans Ad Radium:

acuti

Ut Radius Ad sinum com-
 plem. acuti.

Sic Tang. hy. Ad Tang. lat.
 potenusæ acuto adjac.

Ut T. com. Ad Radium:

plem. lateris.

Vel per p. 42. c. 4.

Ut Radius Ad Tang. la-
 teris:

Sic Tan. com. Ad sin. com-
 plementi hy- plementi ang.
 potenusæ lateri adjac.

Huc pertinet repetitio eorum, quæ ad secundam pro-
 portionum classem prop. 9. diximus. Nam quæ de sinibus illis
 demonstrata sunt, eadem hic de tangentibus demonstrare
 possunt.

Et accidentariè:

Ut sinus compl. Ad Radium:

Hypotenusæ

Vel per p. 46. c. 4.

Ut Radius Ad secantem
 hypotenusæ:

Sic tangens Ad tang. acuti
 alterutrius reliqui.
 acuti

Ut Tang. al. Ad Radium:

terutr. acuti

vel per p. 42. c. 4.

Ut Radius Ad Tangen.
 complementi
 istius acuti:

Sic Tan. com. Ad sin. com-
 plementi al- plementi hy-
 terius acuti potenusæ.

Huc pertinet permutatio angulorum in latera & contra: de qua ait classis proportionum tertiam p. 9. Quae ibi demonstrata sunt de sinibus, ea hic applicantur tangentibus, ut cuiusvis, qui superiora fideliter & exacte perdidit, obviam est.

Et ita calculum reſtangulorum absolvimus. Reſtat ut eum uno atque altero exemplo illustremus. Assumamus autem exempla tum ob utilitatem tum ob jucunditatem esse ſphæra mundi.

Sit igitur in repetito Hemisphærio prop. 8. Circulus BQCDE Colurus Solstitiorum: BIHTE Æquator, cujus polus C: QkHSF Ecliptica, cujus polus D: CkIRG circulus declinationum aliquis: Q sit principium ☉, H ☊, k ☋. Sit autem primò querenda declinatio principii ☉ hoc est arcus kI. Dantur in Triangulo HIk præter angulum rectum ad I angulus ad H inclinationis Eclipticæ sive maxime declinationis ☉, juxta Tyconem 23 gr. 31' min. unâ cum hypotenusa H k 60 gr. distantia nempe principii ☉ ab intersectione ☊H. Dico per proportionem p. 9.

Ad Radius Ad sinum QP ar-sic sinus Lk Ad sinum kN
 AQ
 cuius BQ sive anguli hypotenusa H declinationis
 H inclinationis E- k 60 gr. quæ sit kI
 elliptica 23 gr.
 31' min.

100000 ————— 39915 ————— 86603 ————— 34567

Declinatio igitur principii ☉ est 20 gr. 13. min. 22. secund.

Eadem declinatio etiam simplici prosthaphæresi reperitur per prop. 13. & 15. Ex datis complementis hypotenuse & arcu QC cum comprehenso angulo recto: Vide
 exem-

Exemplum reg. 2. Coronidis post explicatum calculum
 Δ lorum spher.

Deinde sit quarenda etiam Ascensio Recta principii Ω :
 que innotescit ex ejus complemento ad semicirculum,
 hoc est ex arcu $I H$ intercepto inter declinationem ejus Θ
 primum $\ominus H$.

Hunc arcum in Δ lo $H I k$ pluribus modis investigare
 possumus. Saltem tres ostendemus.

I. Ex dato angulo $H \Theta$ latere $I k$:

Ut $M B$ tangens anguli H 23 gr. 31 m, Ad Rad. $B A$
 Vel per p. 42. c. 4.

Ut Radius Ad 229710 Tangent. complem. istius
 anguli:

Sic $O I$ 36838 tangens lateris $I k$ 20 gr. 13 min.
 22 secund. Ad $I L$ 84620: sinum lateris quasi $I H$ 57
 gr 48 m. 6. secund.

II. Ex dato latere $k I \Theta$ hypotenusa $H k$:

Ut Radius Ad 93835 sinum complementi lateris $I k$:
 Sic 200000 secans hypotenusa Ad 187670 secan-
 tem lateris $I H$ 57 gr. 48 m. 6 sec.

III. Ex hypotenusa Θ angulo H :

Ut Radius Ad 91688 sinum complementi anguli H :
 Sic 173205 Tang. hypotenusa Ad 158808 Tang.
 lateris 57 gr 48 m. 6 sec.

Hujus ergo lateris complementum ad semicirculum
 122 gr. 13 min. 54 sec. est Ascensio recta Ω quasi.

XII. 3. In Triangulo spherico quocunque
 sinus laterum sinibus oppositorum angulorum
 directe sunt proportionales.

Id de Triangulis quidem rectangulis prop. 8. satis su-
 periq; demonstratum est. Constat enim in Triangulo $H I k$,
 esse

esse ut sinus anguli I, id est, sinus totus, ad sinam hypotenusæ KH, ita sinum anguli H ad sinum lateris KI, & sinum anguli K ad sinum lateris IH: item inverse erat ut sinus KH ad sinum I sive radium, sic sinus KI ad sinum H, & sic sinus IH ad sinum K. In obliquangulis idem etiam demon-



Astratu facile est, ut in præsentii ACK dico esse (subintellecto semper terminorum sinu) ut ACK ad AK, sic CAK ad CK & sic AKC ad AC. Nam cum in Δ lo ABC ad B rectangulo sit ut ABC ad AC, sic BCA sive (per conf. I. p. 23. c. 4.) ACK ad BA,

& inverse; itemq; in Triangulo rectangulo ABK sit ut ABK ad AK, sic BKA ad BA: ergo etiam per terminorum commutationem non tantum extremorum est ut ABC ad ABK sic BA ad BA; sed etiam intermediarum Vt AK ad AC, sic BCA sive ACK ad AK B sive AKC.

Nam si est Vt 12 ad 5, sic 4 ad 2.

Et ut 12 ad 8, sic 3 ad 2. Erit

etiam non tantum Vt 12 ad 12, sic 2 ad 2.

Sed etiam Vt 8 ad 6, sic 4 ad 3.

Demissâ deinde ex k in latus AC continuatum perpendiculari kD, quoniam similiter est ut CDK ad CK, sic kC D sive KCA ad KD, item ut ADK ad AK, sic DAK ad Dk, erit etiam ut KAD sive KAC ad KC, sic AK ad AK.

Exemplum: Est latus Ak 71 gr. 16 min. latus AC 67 gr. 24 m. angulus AkC oppositus 76 gr. 12 m. queratur autem angulus ad C obtusus. Numerorum locatio talis est:

Sinus lat. AC Sinus ang. K Sinus lat. AK.

92321 ————— 97113 ————— 94702.

Opes.

Operatione peracta provenit 99617 sinus anguli BC
 A 84gr. 59 min. cuius complementum ad duos rectos est
 quæsitus ad C ob:usus 95 gr. 1 min.

Notetur hęc elegans iaventum, quo divisio per sinum
 primi loci peragenda in multiplicationem convertitur, Ni-
 mirum demissione perpendiculari ex angulo ignoto in latus
 angulo noto adiacens, si opus sit, continuatum: quo ipso fiunt
 duo Δ la rectangula, quorum latus commune est ipsum per-
 pendiculum: unde facilius Quæsitum innotescit. Exempli
 gratia, in nostro Δ lo si perpendicularum demittatur AB in
 latus k C continuatum, erit per p.prac. primus in Δ lo A
 B k rectangulo ad B Vt 100000 ad 97113 sinus ang. k,
 sic 94702 sinus hypotenuse A k ad 91969 sinus lateris
 AB. Deinde in Triangulo ABC Vt 100000 ad 91969
 sinus lateris AB modò inventum: sic 108318 secans com-
 plementi lateris AC dati, ad 99619 sinus anguli BCA
 parùm ab inventione priori differentē: & iste excessus ori-
 tur è primo quotiente unitate aucto ob causam ad prop. 4. c.
 antec. dictam.

Igitur in exemplis huius p. 12. hoc compendio usus
 primùm terminis duobus posterioribus inter se pro more
 multiplicatis à producto rescinde characteres 5 dextros,
 residuos sinistros multiplica per secantem complementi ter-
 mini primi: productum denud 5 characteribus dextris di-
 minutum exhibet Sinum lateris aut anguli quæsitū.

XIII. 4. In Triangulo spherico quocunque, se
 duo latera sigillatim quadrante minora primum
 ipsa inter sese deinde latus minus cum comple-
 mento majoris componas, & sinui arcus compositi
 posterioris sinum complementi arcus cōpositi prioris
 subtra-

subtrahas aut sinum excessus supra quadrantem addas: Tunc ut Radius est ad semissem hujus residui vel summæ sinuum, ita sinus versus anguli duobus illis lateribus comprehensi, est ad rectam, quæ de sinu compositi arcus posterioris subtracta relinquit sinum complementi tertii lateris, aut ab ea subtractus ille sinus compositi arcus posterioris relinquit sinum excessus tertii lateris. Et contrà: Ut ista residui vel summæ sinuum semissem est ad Radium, sic recta è sinu arcus compositi posterioris, vel per subtractionem sinus complementi tertii lateris residua, vel per additionem excessus tertii lateris aggregata, est ad sinum versus anguli à reliquis duobus lateribus comprehensi.



Est quartum axioma sphericorum Ptolemy: quod generaliter ab ipso positum in plures regulas distrahere nolui. Alioquin varios continet casus. Aut enim ex datis duobus lateribus cum angulo ab illis comprehenso manifestat latus tertium: aut ex datis omnibus lateribus exquirat angulum aliquem à duobus lateribus sigillatim quadrante minoribus comprehensum Rursum utrobique, ista latera sunt conjunctim quadranti vel equalia vel minora vel majora, et comprehensus angulus potest esse vel rectus vel acutus vel obtusus, atque ita latus tertium vel quadrans vel eo minus aut majus. Ideoque hujus axiomatis usus in Astronomia latissimus est, nec strictus in Geographica distantie locorum supputatione. Appellatur usitate Problema Prosthaphereticum, propterea, quod quæ per usitatas Trigonometricæ regulas apud Regiom. Fucium, Landspergium non nisi reductione obli-

quangulorum

quangulorum ad reſt angula, multiplici proportionum calculo, laborioſe inveniuntur, ea per hoc problema ſinum & arcuum vel additione vel ſubtractione debito modo facta, ſimplici & una proportionem abſolvuntur. Inſiſtam in huius axiomatis declaratione ac demonſtratione veſtigis Pitifici, utut Adrianus Merius in Aſtronomia ſua Pitificum in his nonnihil hallucinatum ſcribat, non autem demonſtret, de quo infra. Sed Pitifici illa tria (quibus neceſſarium nobis videbatur ad iungere quartum) demonſtrationis Analemmata ſta in una opera ad ſpheram mundi applicabimus.


Est igitur in ſequentibus 4 figuris omnibus Circulus B C D E &c. Meridianus aut Colurus Solſtitiarum: B A F diameter horiſontis: E A G axis mundi, polo E arctico, G antarctico: C H diameter aequatoris, D k ſolet etiam aſſideri diameter verticalis D I b k: E I G Circulus ſumi B A F pro declinationum. Quibus praeftructis Δ l u m diametro aequatoris, polo eius pro poſitum ſit D E I, cuius ſemper duo latera nota ſunt, unum nempe D E complementum elevationis poli E F, aequale elevationi aequatoris B C, alterum E I complementum declinationis I a: angulus datus aut quaſitus eſt ſemper ad E, lateri termino D I oppoſitus: revolutionis puncti I diurna diameter eſt L I O, ſic ut punctum I meridianum tranſiens coincidat cum puncto L, & ita perſpicuum eſt latus E I aequale eſſe arcui E D L: non ſecus ac latus D I aequale eſt arcui D L M, puncti namq; I altitudo I b eadem eſt que M c B. Quod ſi etiam ſemiperipheriam revolutionis diurnae puncti I ducere libeat, ſit ea L N O, ſic

tamen ut cogitetur punctum N cum puncto I in sphaera idem esse. Porro in hac semiperipheria est arcus LN mensura ang. E: est enim hic parallelus non sit Circulus in sphaera maximus, tamen cum habeat eundem cum parallelis maximo sive equatore polum & aequè suis 360 gr. constet, erit eadem in utroque ratio tum similium arcuum per p. 7 c. 1. tum Sinuum tam rectorum quam versorum per p. 8 c. 4. Atque ita etiam recta IN est sinus rectus arcus LN hoc est anguli E, & IL est Sinus versus ejusdem anguli vel arcus.




Jam lateri majori EI hoc est (per superius declarata) EL fit equalis arcus EO, lateri q̄ minori DI, hoc est DM, equalis arcus DP.

Componantur nunc primum inter se duo latera angulum E comprehendentia, DE & EI hoc est EO, huius arcus ex his compositus, qui compositus prior in axioma vocatur, in primo quidem analemmate quadranti DF equalis, in secundo minor, in tertio major: Sinus complementi in secundo est OR, Sinus excessus in tertio in idem OR. Componatur deinde etiam



etiam latus minus ED, hoc est (per superius declarata) BC cū lateris majoris complemento Ia, hoc est, LC, sitq; arcus ex his compositus posterior BL, ejusq; Sinus rectus LQ: Cui in secunda

figura Sinus complementi OR, h. e. QS subtractus, in tertia & quarta Sinus excessus OR h. e. QS additus manifestat rectam LS, que cum rectis LO & SO Δ lum constituit planum ad S rectangulum, cujus crura SL & LO si bisecentur recta TV parallelâ basi SO; Δ lum efficitur TLV per p. 12. c. 3. priori SLO simile similiorq; positum: in quo iterum in prioribus



3 figuris recta IX parallela basi VT secat crura LT & LV proportionaliter per p. 10. c. 3. in quarta verd figurâ recta illa XI secat proportionaliter crura LS & LO Δ li SLO. Ut sit in omnibus velut VL ad LT, sic IL ad LX, hoc est, ut nunc proportionem hanc ad propositum nostrum accommodemus, ut VL Radius (eandem habens rationem ad suos in minori Circulo sinus, quam radius CA ad suos, ut paulo ante ostensum est) ut VL inquam ad LT semissem re-
cta LS ex arcuum compositorum eorumque complemen-

borum aut excessuum sinibus oritur: Sic IL sinus versus AE anguli E est ad LX , quæ in tribus prioribus analemmati- bus subtractâ de LQ Sinu posterioris compositi arcus BCL , aut de qua in quarto analem. subtracto ipso sinu LQ , relinquitur XQ hoc est, per p. 14. c. 2. MT sinus arcus BM , qui in tribus anal. prioribus est complementum in quarto vero excessus lateris tertii MD sive DI . Et contra, Vt TL semissis rectæ LS ad radium LV , sic recta XL post Sinum complementi tertii lateris à Sinu posterioris arcus compositi subtractum residua, vel in 4. figura post Sinum excessus additum constata, est ad LI sinum versus anguli E .

Hæc est itaque demonstratio axiomatis Pitisci, satis aperta: quem nescio quo jure dicat Adrianus Metius non- nihil hallucinatum. Ipse quidem Pitisci errorem non ostendit, sed methodum duntaxat & exempla singulorum casuum præscribit. Ac methodus quidem non satis attendenti posset videri à methodo Pitisci aliena: verum tota res eodem redit, ut paulò post exemplis Merianis ad Pitisci methodum accommodatis ostendemus. Non hæc loquor, Meritum virum excellentem deq; studiis Astronomicis benè meritum supergillaturus, sed axioma Pitisci à suspitione vindicaturus.

XIV. Hinc confectaria proportionum specialia.

1. Si data duo latera conjunctim sint quadrante minora; sinus complementi subtrahitur sinui arcus compositi posterioris: sin fuerint quadrante majora; sinus excessus additur sinui dicto: semissis summæ vel residui est secundus terminus proportionalis: sin deniq; fuerint

fuerint quadranti æqualia; semisinus compositi arcus posterioris est secundus terminus proportionalis. Anguli dati sinus versus est ubiq; proportionalis tertius.

Exempla Adriani Metii juxta nostram methodum:

I. *vbi data latera coniunctim sunt quadrante minora.*

Latus majus	58	57.	"	Eius compl	31	3
minus	23	31	30	—	—	23 31 30

Compos. prius	82	28	30	Comp. post.	54	34	30	Sin.	81487
---------------	----	----	----	-------------	----	----	----	------	-------

Complement.	7	31	30	—	—	—	Sin.	13095
-------------	---	----	----	---	---	---	------	-------

Angulus datus	108	45	Resid.	68392
---------------	-----	----	--------	-------

Cujus i. versus	132	144	per p. 8. c. 5.	Semisinus	34196
-----------------	-----	-----	-----------------	-----------	-------

Igitur in schemate nostro secundo

Ut VL 100000 Ad LT 34196: Sic IL 132144 Ad LX 45188

Quæ ablata à sinu L Q ————— 81487

Relinquit arcus 21 17 2 sinum XQ vel MY 36299

Cujus compl. 68 42 58 est latus tertium quælit.

Omnes hos arcus, Sinus, &c. habet & Metius præter compositum prius: pro cuius complemento jubet ille (quod idem est) inquirere differentiam lateris minoris & complementi majoris, ita ut hi duo arcus primum inter se addantur, deinde subtrahantur, & Sinus differentia subtrahatur à sinu summa &c.

II. *Vbi data latera coniunctim sunt quadr. majora.*

Latus majus	84	29	"	Eius compl.	5	31
minus	23	31	30	—	—	23 31 30

Comp. prius	108	0	30	Comp. post.	29	2	30	Sin.	48544
-------------	-----	---	----	-------------	----	---	----	------	-------

Excessus	18	0	30	—	—	—	Sin	30915
----------	----	---	----	---	---	---	-----	-------

Angulus datus	154	18	Summa	79459
---------------	-----	----	-------	-------

Cujus sin. vers.	190	108	per p. 8. c. 5.	Semisinus	39729
------------------	-----	-----	-----------------	-----------	-------

Igitur in schemate nostro quarto

Ut VL Rad. Ad LT 39729: Sic IL 190108 Ad LX 75528

A qua sublatus sinus L Q $\frac{190108}{75528} = 48544$

Relinq. excessus MB 15 39 9 sinum QX vel MY 26984

Qui excessus quadranti additus componit l. tertium
quæsitum 105 gr. 39. m. 9. sec.

Metius omnes iterum hos terminos habet præter com-
positum prius: pro cuius excessu jubet inquirere (quod
idem est) lateris minoris & compl majoris differentiam.

2 I I. Vbi data latera conjunctim sunt quadr. equalia.

Tum summa laterum non habet complementum vel
excessum, ideoque nihil etiam sinui posterioris compositi
potest addi vel subtrahi, sed ipse statim sinus dimidiatur.

Latus majus	56	10	Compl.	33	50
minus	33	50		33	50

Compos. prius 90 0 Comp. post. 67 40 — sinus 92499

Angulus dat. 45 6

Semissis 46249

Cujus s. versus 29413. per p. 8. c. 5.

Igitur in schemate nostro primo:

Ut VL Rad. Ad LT 46249: sic IL 29413 Ad LX 13603

Quæ ablata à sinu L Q $\frac{29413}{13603} = 92499$

Relinquit arcus 52 5 17 sinum XQ vel MY 78896

Cujus compl. 37 54 43 est latus tertium quæsit.

Omnes hos terminos etiam habet Metius, præter com-
positum prius: Jubet enim Crus minus jungere comple-
mento majoris, producti sinum dimidiare, &c.

N. Si data latera conjunctim sint quadranti equalia
vel minora, semper quidem latus tertium est quadrante
minus per p. 24. c. 1. Sed non si sint majora, latus etiam

tertium

tertium est quadrante majus, sed interdum etiam si angulus datus obtusus est, adhuc illud est quadr. minus.

XV. 2. Si datus angulus sit rectus, latus tertium invenitur simplici prosthaphæresi: semissis enim summæ ex alioquin subtrahendis aut residui ex alioquin addendis sinibus compositorum arcuum est sinus complementi tertii lateris quæsit.

Hoc est illud compendium prosthaphæreticum præciosissimum. Si angulus datus sit rectus, punctum i semper in sphaera superficie coincidit cum V , tumq; sinus complementi tertii lateris evadit TQ , quasi $d c$ in tribus schematibus ad sinistram (in quarto schemate ita commodè $d c$ delineari nequit.) Sinus autem versus anguli dati est Radius, quasi recta VL , cui respondet proportionalis LT , hoc est, TS , semissis rectæ LS , qua, ut è superioribus notum est, in primo schemate eadem est cum sinu LQ posterioris compositi, in secundo est residuum ejusdem Sinus, detracto complementi prioris compositi sinu OR vel SQ , in reliquis duobus composita est è sinu LQ & excessus sinu QS . Igitur in primo schemate ubi data latera quadranti sunt equalia, TQ , Sinus complementi tertii lateris, idem cum TS semisse sinus LS vel LQ statim habetur dimidiato ipso sinu LQ : in secundo, ubi sinus OR aut SQ alioquin subtrahitur à sinu LQ nunc additus ad ST componit sinum quæsitum TQ : in tertio & quarto, ubi sinus OR aut SQ alioquin addendus esset sinus LQ , nunc subtractus, recta ST relinquit sinum quæsitum TQ .

Et quia tunc adhuc recta TS ignota est, igitur (sic res eodem redit) in secundo schemate recta SQ , hoc est, in superiori parte Lr , additur Sinui LQ , Summa rQ dimidium rT vel TQ est Sinus quæsitus: in tertio & quarto illa SQ , hoc est, in superiori parte Lr , adimitur Sinui LQ , residuum rQ semipsis rT vel TQ est Sinus quæsitus.

Nunc exemplum addamus:

Latus majus	$\overset{0}{36}$ $\overset{1}{43}$	Complem.	$\overset{0}{53}$ $\overset{1}{17}$
minus	$\underline{34}$ $\underline{30}$		$\underline{34}$ $\underline{30}$
Compos. prius	71 13	Comp. post.	87 47
Complem.	18 47		sinus 99925
			sinus 32199

Angulus datus est rectus.

Summa 132124

Semipsis est sinus quæsitus 66062


arcus scil. 41 gr. 20 min. 24 secund. cujus complementum 48 gr. 39 min. 36 secund. est latus quæsitum. Aliud exemplum Astronomicum vide sub fine hujus Trigonometriæ, regula prosthaph. secunda.

XVI. 3. Si angulo dato obliquo quartus terminus proportionalis æquetur sinui posterioris compositi; latus tertium quæsitum est quadrans.

Si forte coningeret, ut (in analem. tertio) punctum I foret in e , quartus proportionalis evaderet ipsa LQ Sinus posterioris compositi, quæ si à seipsa subtrahatur, nihil relinquit pro Sinu complementi tertii lateris.

XVII. 4. In Triangulo obliquangulo si laterum angulum datum quæsitumve comprehendentium alterutrum sit quadrans, altero similiter ad quadrantē continuato cumq; priori per
mensuram

mensuram anguli dati quæsitivæ connexo, Triangulum adsciscitur rectangulum trium notorum terminorum, quibus facilius obliquanguli Trianguli quæsitæ pervestigantur.



Ut in presenti hemispherio si dati Δ li C D O latus D O sit quadrans, continuetur etiam latus D C ad B, ut D B etiam fiat quadrans, & subtendatur B O mensura anguli D. Quo ipso Δ lum sit B C O ad B rectangulum (Δ lum enim B D O est æquicrurum cruribus sigillatim quadrantem æquantibus) in quo dantur præter ang.

rectum B latus C B complementum lateris dati C D & latus B O mensura anguli D, si iste angulus datus sit, aut si is quaeratur, datum erit latus C O. Unde quæsitum Δ li C D O per calculum rectangulorum immotescit.

XVIII. 5. Si dato latere tertio, quaeratur angulus ipsi oppositus, & tertius proportionalis terminus æquetur semissi residui vel summae sinuum supradictæ; angulus quæsitus est rectus: sin tertius iste proportionalis major aut minor sit, angulus etiam sit oppositus pari modo obtusus aut acutus est.

Demus nunc etiam exemplum axiomatis inversi, ubi nempe datis tribus lateribus quaeratur angulus duobus lateribus sigillatim quadrante minoribus comprehensus. Methodus in prioribus duobus proportionum terminis acquirendis eadem est quæ antea: Nempe latera angulum quæsitum comprehendentia primum inter sese deinde latus minus

Cum complemento majoris componuntur, & sinui posterioris arcus compositi subtrahitur sinus complementi prioris compositi vel additur sinus excessus prioris compositi; summa vel residui semipsis est tertiorum proportionalium unus, & radius est alter. Tertius autem proportionalis accedit, si sinui posterioris compositi addas sinum excessus tertii lateris supra quadrantem, vel detrahas sinum complementi tertii lateris ad quadrantem: summa vel residuum hoc, est proportionalis tertius. Qui si idem est cum primo, nempe dimidia summa vel residuo Sinuum supradictorum; indicium est, etiam quartum proportionalem fore Sinum Totum: qui sive ut Sinus rectus sive ut versus assumatur, Sinus est anguli recti. Quod si primus cum tertio non convenerit, operatione instituta provenit Sinus versus anguli quæsiti.

Sit investiganda distantia ☉ à meridiano per q̄ illam hora diei, quando Sol occupat 20 gr. 8, & ejus altitudo supra horizontem tempore pomeridiano est 42 gr. cum triente. In analemmate supra posito tertio, altitudo ☉ est I B (hoc est M B): complementum ejus sive distantia à vertice I D, hoc est M D, 47 gr. 40 m. est unum latus Δ I D I E propositi: declinatio loci ☉ est a I hoc est C L 17 gr. 48 m. cujus complementum I E, hoc est L D E, 72 gr. 21 m. est secundum latus Δ I D E: tertium est D E complementum elevationis poli, h. e. elevatio Æquatoris B C, quæ sit exempli gratia 35 gr. 36 min. Distantiam ☉ à meridiano definit non tantum æquatoris arcus, cujus Sinus versus a C, sed etiam per p. 7. c. 1. & p. 8. c. 4. paralleli per ☉ transeuntis arcus, cujus Sinus versus I L, Et hic est Sinus versus anguli E querendi. Inquisitio talis est:

E O, vel

E O vel EL 72 21 45 Eius cōpl. LC 1748 15
 DE vel BC 536 0 ————— BC 3536 0

DE FO 107 57 45 B C L 53 24 15 sin I. Q 80286
 Excess. FO 17 57 45 ————— sin OR vel Q 530839

Latus tertium DI vel DM 4740 Semifissis LT 55562
 Complem. MB 42 20 sin. MY vel XQ 67344
 finus L Q 80286
 Diff. LX 12942

Ut TL 55562 ad LV 100000 :
 vel per p. 45. c. 4. (TL enim nihil aliud quam sinus est.)

Ut Radius ad 179933 secantem complementi :

Sic XL 12942 ad LI 23287 Sin. vers. anguli E 39
 gr. 54 min. 13 sec. quem mensurat & arcus equatoris &
 ejus paralleli, ut supra diximus. Arcus hic distantie \odot à
 meridiano invenius resp. horis à mer. numeratis 2.39 m.

XIX. 6. Si datum latus tertium sit quadrans,
 pro tertio termino proportionali habetur sinus
 posterioris arcus compositi.

Nullum enim hic esset lateris tertii complementum aut
 excessus : idcirco etiam nihil isti sinui subtraheretur aut ad-
 deretur, sed Sinus maneret immutatus.

XX. 7. Denique etiam accidentariè, mutatis
 lateribus in angulos & contrà, per has propor-
 tiones in Triangulo sphærico quocūq; datis tri-
 bus angulis latus aliquod angulis duobus com-
 prehensum, aut datis duobus angulis cum inter-
 jecto latere angulus tertius investigari potest.


In primo casu loco trium angulorum cogitentur tria la-
 tera, tanta singula quantitas, quanta dati sunt anguli, ex-
 cepto angulo maximo, cujus complementum ad semicirculum

pro latere tertio assignatum est per p. 24. c. 3. Atque ita ex datis in Δ tribus lateribus exploratur angulus aut unus aut omnes: horum angulorum mensura erunt latera propositi Δ l*i* quæsitæ, sed ita, ut vicissim anguli maximi inventi complementum ad semicirculum pro respondente latere sumatur. In secundo casu cogatur Δ lum duorum datorum laterum cum angulo ab illis comprehenso, sic ut etiam pro latere & angulo maximo complementa eorum ad semicirculum assumantur.

XXI. Sic fuit supputatio Quæstionum in Triangulo spherico directæ. Indirectæ per præcedentem perpendiculari demissionem regula universalis hæc est: Si perpendicularis angulum notum ejusve ad duos rectos complementum subcendens demittatur in latus ex angulo obtuso, cadit intra Triangulum: Sin ex acuto, cadit extrâ in latus continuatum. Utroque modo facit duo Triangula rectangula trium notorum terminorum, quibus adhibitis propositi Trianguli quæsitæ innotescunt.

Huc pertinent omnia eorum Triangula, quorum data non congruunt ad Regulas proportionum hæctenus traditas. Requiritur autem hic unus ad minimum angulus notus, e cujus aut ejus ad duos rectos complementi opposito demittatur perpendicularis. Omnes hujus propositionis varietates ad oculum exhibemus hisce 6 Δ lis. in quibus juniores sciant terminos datos notari (ut moris est) trajectis virgulis quæstos autem circellis sive cyfris.

In prioribus quatuor perpendicularis BD demissa ab angulo acuto B cadit intra Δ lum in latus AC continua-



tum ad D, & subiendū in primo Triangulo angulum notum A; in secundo anguli obtusi notū C complementū hoc est, angulum

Ca: utum in Δ o rectangulo CBD, in tertio & quarto subiendū angulum A & obtusi simul C complementum. In posterioribus duobus Δ lis AEI perpendicularis EO demissa ex angulo obtuso cadit intra Δ lū, & subiendū in Δ o quinto angulum A notum, in sexto angulos notos duos A & I. Vbi vis hoc perpendiculum facit duo Δ la rectangula, in prioribus 4 Δ is sunt ABD & CBD, in posterioribus AEO & EO I: uorum rectangulorum particulari calculo, quasitæque per præcedentes regulas inueniri nequeunt (in d. etiam que per eas inueniri possunt: sed quis ambages præferat compendii?) innolescunt.

Ex. gr. circa primum Δ um assumto rectangulo ABD dantur in eo hypotenusa AB cum angulo acuto A, ergo per proportiones superiorum regularum inueniuntur latera reliqua BD & DA, nemq; angulus ABD. Pōst assumto Δ o rectangulo CBD dantur in eo hypotenusa CB cum invento pridem latere BD, ergo inuenitur latus reliquum CD & angulus acutus uterq;. Tertio angulus modò inuentus CBD subtrahus à prius invento ABD relinquit angulum ABC Δ li propositi: item anguli BCD modò inuenti complementum ad duos rectos est angulus obtusus ACB: denique latus modò inuentum CD subtrahum à prius

prius invento AD relinquit latus AC Δ li propositi ABC.
Et sic in aliis etiam quaesita latere non possunt, modo iusta
fiat perpendiculari demissio.

XXII. Harum itaque proportionum his 5 re-
gulis contentarum adminiculo totus Triangulorum
sphaericorum calculus absolvitur, ut è sequenti dia-
typosi perspicuum est.

Rectangulum quidem Triangulorum proportionem om-
nes supra enumeratas hic non reperiemus, sed tantum eas,
quarum calculum Sinus totus primo loco positus efficit faci-
liorem: imò cum ad singula data sint etiam plures propor-
tiones, quae sinum totum habent primo loco, nos tantum u-
nicam brevitatis gratia, singulis datis applicabimus.

IN TRIANGULO RECTAN- gulo inveniuntur

HYPOTENUSA

E lateribus reliquis:

Vt Radius Ad secant. lat. Sic secans la. Ad secantem
alterutrum: teris reliqui hypotenusa.

Expeditus per prosthapheresin prop. 13. & 15.

E latere alterutro & angulo adjacente:

Vt Radius Ad secantem Sic tang. lateris Ad tang. hypo-
anguli: tenuse.

E latere alterutro & angulo opposito:

Vt Radius Ad sec. compl. Sic sinus late. Ad sinum hy-
anguli: ris potenuse si ea
quadrante minor esse debeat; si major, arcus inventi
complementum ad semicirculu erit hypotenusa.

Ex

Ex angulis acutis:

Vt Radius Ad Tangentem. Ita Tangens Ad Secantem
anguli unius anguli alterius hypotenusa.

LATVS ANG. RECTO
adjacens

Ex angulo opposito & hypotenusa:

Vt Radius Ad sinum hy- Sic sinus anguli Ad sinum late-
potenusa ris quæsiti.

Ex ang. adjacente & hypotenusa:

Vt Radius Ad sinum com- Sic tangens hy- Ad tang. late-
plem. anguli: potenusa. ris quæsiti.

Ex hypotenusa & latere reliquo:

Vt Radius Ad Sinum Sic secans hy- Ad secantem
complementi potenusa lateris qua-
lateris dati: sivi.

E latere reliquo & angulo huic
adjacente:

Vt Radius Ad Tang. late- Sic tang. com- Ad sinum late-
ris dati: plementi an ris quæsiti.
guli dati

E latere reliquo & angulo huic
opposito:

Vt Radius Ad sinum la- Sic Tangens Ad tangens.
teris dati: anguli lateris quæsiti.

Ex angulis obliquis:

Vt Radius Ad sinum al- Sic secans an- Ad secant. la-
ter utrius an- guli reliqui teris quæsiti.
guli:

ANGV

TRIGONOMETRIÆ

ANGVLVS ACVTVS

Ex utroque præter hypotenusam lateres:

Ut Radius Ad Sec. com- Ita tang. lat. Ad tangentem
 plementi late- reliqui anguli quæsit.
 ris angulo quæsito adiacentis

Ex hypotenusâ & latere opposito:

Ut Radius Ad Sec. compl. Sic Sinus dati Ad sinum ang.
 hypotenusæ: lateris quæsit.

Ex hypotenusâ & lat. adiacente:

Ut Radius Ad Tang. hy- Sic Tan. com- Ad secantem
 potenusæ: plem. lateris ang. quæsit.

Ex hypotenusâ & angulo reliquo:

Ut Radius Ad secantem Ita Tan. com- Ad Tang. ang.
 hypotenusæ: plementi an- reliqui.
 guli.

Ex latere opposito & angulo reliquo:

Ut Radius Ad Secantem Ita Sec. compl. Ad secant. an-
 Lateris: anguli dati guli reliqui.

Ex latere adiacente & angulo reliquo:

Ut Radius Ad Secantem Sic Sin. compl. Ad sinum ang.
 lateris dati: anguli dati quæsit.

IN TRIANGULO OBLI- quangulo inveniuntur

L A T U S

E lateribus reliquis & angulo ab
 illis comprehenso:

Per proportionem prosthapharcticam propos. 13. 6.
 ejus consecuti. E la-

E lateribus reliquis & angulo ab illis
non comprehenso :

Perpendicularis ab angulo ignoto in ignotum latus de-
missa facit duo triangula rectangula trium notorum termin.
quorum particulari resolutione questum latus invenitur.

E duobus angulis & latere interjecto :

Perpendicularis ab alterutro datorum angulorum de-
missa generat duo Δ la rectangula particulatim supputan-
da, ut prodeat latus questum.

E duobus angulis & latere uni
eorum opposito :

Perpendicularis à termino dati lateris in latus angulis
datis interceptum, & si opus sit continuatum demissa, mon-
strat duo Δ la rectangula, quibus resolutis datum latus in-
venitur.

Quod si alteri datorum angulorum oppositum fuerit
latus datum, alteri latus questum; erit

Ut Sinus an- Ad sinum la- Sic Sinus alte- Ad latus que-
guli dato late- teris dati : rius ang. dati sicut per p. 12.
ri oppositi

Ex omnibus angulis :

Per p. 13. & 20. prosthapheresis accidentariam, mu-
tatis lateribus in angulos & contrà.

ANGULUS

Ex angulis reliquis & interjecto latere :

Per p. 13. & 20. prosthapheresin accidentariam, mu-
tatis lateribus in angulos & contrà.

N

Ex

Ex angulis reliquis & latere uni
eorum opposito :

Hac data & antiè habentur in explorando latere :
proinde perpendicularis demittitur etiam planè ut ibidem.

E duobus lateribus & angulo illis
comprehenso :

Perpendicularis ab angulo ignoto in latus angulo dato
adjacens (continuatam si opus sit, demissa monstrabit Quæ-
situm per duorum rectang. resolutionem.

F duobus lateribus & angulo uni co-
rum opposito :

Perpendicularis ab alterutro ignotorum angulorum in
latus angulo noto adjacens demissa calculo duorum rectan-
gulorum viam aperit, & manifestat quæsitum. Quod si da-
torum laterum alterum opponatur lateri dato, alterum
quæsitum; erit.

Ut Sinus late- Ad Sinum an- Sic Sinus late- Ad sinum angu-
ris angulo da- guli dati : ris alterius li quæsitii.
to oppositi dati

Ex omnibus lateribus :

Per unam proportionem prosthaphæreticam propos.
13. & 18.

CORONIDIS LOCO SUBIICIAMUS AU-
REUM ILLUD PROBLEMA PITISCI:

In Triangulo spherico rectangulo datis
quibuscunque terminis Quæsitum invenire
sola prosthaphæresi.

Pitiscus

Pitiscus id extendit etiam ad obliquangula, ut exten-
di quidem firma demonstratione potest, sed non sine ambig-
uibus quibus posthabitis comenti sumus ejus usu in rectan-
gulis tantum.

Tribus autem regulis absolvitur hoc problema.

I. Antea omnia si sinus totus non obtineat
primum inter data locum, per propp. cap. 4. de-
monstratas in primum locū retrahatur. *in specie:*

Si primo loco sit Sinus, secundo vel tertio radius, primo
loco ponatur radius, & pro sinu inde remoto statuatur se-
cans complementi in locum remoti radii, sive: Sinus primi
loci & radius commutent loca, sed ut vicem Sinus obtineat
secans complementi. per p. 45. & 46. c. 4. Eo modo quo in
proportionibus rectangulorum ad propof. 8. & seqq. hujus c.
factum est.

Si primo loco sit tangens, secundo vel tertio radius; tan-
gens cum radio commutent loca, sed ut vicem tangens ob-
tineat tangens complementi per p. 41. & 42. c. 4. Quo mo-
do sæpe in hujus c. prop. citatis factum est.

Si primo loco sit secans, secundo vel tertio radius, com-
mutentur loca, sed vicem secantis obtineat Sinus comple-
menti per p. 45. & 46. c. 4.

II. Si primo loco sit radius, secundo & ter-
tio sinus, pro sinuum arcubus assumpta eorum
complementa, sunt Δ li rectanguli latera ang.
rectum includentia, ac proinde prosthaphære-
sin p. 15. c. ult. admittentia.

Ut in schemate ex prop. 8. resumo si detur Triangu-
lum IKH , in quo ex datis angulo H , hoc est, ejus men-
sura BQ , & hypotenusa HK , querendum sit latus
 KI . Assumtis arcuum HK & BQ complementis

$N 2$

KQ

KQ & QC per prosth. p. 15 invenitur in Δ lo QKC
 tertii lateris KC complementum IK hoc est latus Δ li K
 IH *quæsitum*. Suprà pag. 178. radiuum fuit exemplum
 investigata declinationis Solis ex aëris hypotenuſa HK 60
 gr. & arcu BQ 23 gr. 31¹/₂ m. & inveniebatur pro ſinu
 lateris KI 34567. Eundem ſinum inveniemus ſimplicè
 prosthaphæreſi, ſi pro datis arcubus aſſumantur eorum com-
 plementa 30 gr. & 66 gr. 28¹/₂ m. Nam

QC	66	28	30	complem.	23	31	30
QK	30	0	0	—————	30	0	0

Summa 96 28 30	Summa 53 31 30 ſinus 80417
Exceſſus 6 28 30	ſinus 11277

Reſid. 69134

Semiffis eſt ſinus *quæſitus* 34567

III. Si primo loco ſit radius, reliquis ſinus,
 tangentes aut ſecantes ſive purè ſive mixtim; à
 tangentibus & ſecantibus ad dextram tot cha-
 racteres, quot Radius cyfras ſive circulos ha-
 ber, abſciſſi aſſumantur hypotheticè ut ſinus, &
 ſicutriusque ſinus inquirentur arcus, quorum
 arcuum complementa præſupponantur ut la-
 ra Trianguli proſthaphæretici, cujus terminus
 quartus quærat: huic per regulam præce-
 dentem invento ſi productum è caractere al-
 terius termini proportionalis ſiniſtro primùm
 reſciſſo in totum proportionalem reliquum
 multiplicato addatur; prodibit Sinus, Tangens
 aut Secans quæſita.

*Pitifeus hæc proponit de datis cum Radio Sinibus Tan-
 genſibus aut Secantibus mixtim, hoc eſt, ut alter terminus*

ſit

fit Sinus alter Tangens aut Secans sed experiemur idem etiam valere si uterq terminus fuerit vel Secans vel Tangens, aut alter tangens alter secans. Regula nostra satis perspicua est, saltem addamus exempla.

Pag. 179. investigavimus Ascensionem rectam 20 gr.

¶ triplici proportione.

Prima fuerunt hi termini: Radius 100000: Tangens 229710: Tangens 36838: quartus inventus erat 84620: Sinus. Hunc Sinum via quoque prosthapharetica sic inveniemus.

Quinque dextri characteres sunt

2		29710	sinus	17	17	"	Complement.	72	43		
			36838	sinus	21	36	54	complement.	68	23	6

Hac complementa sint latera Δ li hypothetici:

0	'	"	Complement.	0	'	"
72	43	0	17	17	0	0
68	23	6	68	23	6	6
141	6	6	85	40	6	sinus 99714
51	6	6				sinus 77826
			36838	Summa 21888		
			2	Semissis 10944		
			73676	73676		
			Sinus quaesitus 84620			

Secunda proportionis termini fuerunt hi: Radius 100000: sinus 93835: secans 200000: & quartus inventus erat 187670 Secans. Hac ista proportione expeditius inveniebatur quam prosthaphareti: Sinus enim 93835 per 2 multiplicatus exhibet quaesitum. Prosthaphareti:

	°	'	"		°	'	"		
2	00000	sinus	0	0	0	Compl.	90	0	0
	93835	sinus	69	46	38	complem.	20	13	22

	°	'	"		°	'	"		
90	0	0	0	Compl.	0	0	0	93835	
20	13	22				20	13	22	2

	°	'	"		°	'	"		
110	13	22				20	13	22	187670
20	13	22				sinus 34567			
						sinus 34567		Subtr.	

Restat nihil: ergo Tangens quaesita 187670.

Tertia proportionis termini erant isti: Radius 100000:
 Sinus 91688: Tangens 173205: & inveniebatur tan-
 gens 158808. Hanc etiam inveniemus pro sphaericae:

	°	'	"		°	'	"		
1	73205	sinus	47	330	Compl.	42	56	30	
	91688	sinus	66	28	30	Compl.	23	31	30

	°	'	"		°	'	"	
42	56	30				47	330	
23	31	30				23	31	30

	°	'	"		°	'	"
66	28				70	35	sinus 94313
23	32						sinus 39928

Summa 134241

Semissis 67120

Sinus datus 91688 Add.

Tangens quaesita 158805

Quid si verò non unus tantum sed & alter proportio-
 nalium terminorum sit & vel plurium characterum? tunc
 Δlo hypothetico, ut in ceteris, prius resolutio, multiplicen-
 tur alternatim character. termini unius superfluis in alie-
 rius dextros abscissos: productorum summa addita invento
 Δli hypothetici patefacit quaesitum. Exemplum: Sunt
 praeter radium data Secantes 1147372 & 386370

et huius character superfluis in terminum pri-
 orem integrum: productorum summa. &c.

ubi proveniat secans: 4433101. Hanc etiam venabimus
prosthapherice:

$$\begin{array}{r} \overset{\circ}{11} | \overset{\circ}{4} \overset{\circ}{7} \overset{\circ}{3} \overset{\circ}{7} \overset{\circ}{2} \text{ sinus } 28 \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{6} \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{7} \text{ Complem. } 61 \overset{\circ}{4} \overset{\circ}{3} \overset{\circ}{4} \overset{\circ}{7} \\ 3 | 86370 \text{ sinus } 59 \overset{\circ}{4} \overset{\circ}{4} \overset{\circ}{4} \text{ Complem. } 30 \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{5} \overset{\circ}{5} \overset{\circ}{6} \end{array}$$

$$\begin{array}{r} \overset{\circ}{6} \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{4} \overset{\circ}{3} \overset{\circ}{4} \overset{\circ}{7} \text{ Complem. } 28 \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{6} \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{7} \\ 30 \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{5} \overset{\circ}{5} \overset{\circ}{6} \qquad \qquad \qquad 30 \overset{\circ}{1} \overset{\circ}{5} \overset{\circ}{5} \overset{\circ}{6} \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 91 \ 59 \ 43 \qquad \qquad \qquad 58 \ 32 \ 13 \ \text{sinus } 85297 \\ \text{Ex cel. I } 59 \ 43 \qquad \qquad \qquad \text{sinus } 3482 \end{array}$$

multip. 86370	1147372	Resid. 81815
per 11. 86370	3	Semiss. 40907
<u>950070</u>	<u>3442116</u>	4392186
3442116		<u>4433093</u> Sec.
<u>4392186</u>		

questita: à priori deficiens octonario quæ differentiola ne
quidem unico scrup. tertio calculum turbat, siquidem hæc
secans reperitur in tab. infra 4407746^o 4464980,
ubi demum diff. 57234 resp. unico sc. 1. sive 3600 tert.

Si quis rationem hujus prosthapherici calculi deside-
ret, etiam hanc dabo. In primo exemplo juxta proportionem
usitatas multiplicanda essent 229710 cum 36838, pro-
ductumq; sinu toto dividendum: sed assumtis utriusq; nume-
ri tantum 5 dextris notis ad calculum prosthaphericum
idem est ac si 36838 in 29710 multiplicata in sinu to-
tum dividantur ut experienti perspicuum (provenit n ex hæc
operatione 10944, quod etiam provenit ex Δ lo hypothe-
tico) & ex calculo reg. 2. collato c pūoport. pag. 179. vi-
dere est. Cum igitur hoc modo 36838 tantū sint multiplica-
ta per 29710, debebant a. per 229710, necessarium restas
multiplicatio 36738 per 2, ut productū producto 10944.

ex 36838 & 29710 addantur. Idem de tertio exemplo judicandum. In ultimo prosthaphareticè multiplicata tantum sunt 47372 per 86370, cum debuissent per 386370, & ista nō solum debuissent multiplicare 47372, sed 1147372: restat igitur ut adhuc 1147372 multiplicetur per 3, & ut 11 adhuc multiplicentur per 86370, ut summa productorum producto priori addatur. Dices autem, inconvenienter productum hoc ultimum sive productorum summam subscribi producto priori per prosthaph. invento: quia namq; istud inventum est Quotiens numeri per radium divisi, sequitur ultimum productum multiplicatis addendum subscribi characteribus sinistris, cum *A*-rithmetica jubeat dextris. Sed vide convenientiam:

$$\begin{array}{r}
 36838 \\
 229710 \text{ Omnes multiplicantis} \\
 \hline
 368380 \text{ characteres multiplican-} \\
 257866 \text{ runt excepto primo} \\
 331542 \text{ sive sinister-} \\
 73676 \text{ rimo,} \\
 \hline
 \end{array}$$

10944 | 56980 (ti, ut decet.
 73676 | Multipl. sinisterrimi subscripta suo multiplican-
 84620. summa.

Puto me satis declarasse Problema hoc prosthaphare-
 ticum: restat ut de abscissione & characterum dexterio-
 rum id moneam, eam esse directam ad hasce tabulas mi-
 nores à nobis editas, in quibus Radius & continet cyfras 2
 ubi verò quis tabulis usus fuerit, quarum Radius 7 aut
 plures cyfras habuerit, tum, quod regula tertia indicat,
 ne cogitet se adstrictum ad numerum quinarium, sed ad
 eum, quem radius, quo utitur, supponat.

Et

Et hic finis esto doctrinæ Triangulorum
 compendiose nobis conscriptæ, sic tamen ut in
 isto compendio, quod spero, nihil ad utilem
 calculi praxin ejusque demonstrationem & ge-
 nuinum tabularum intellectum desideretur.
 Manuale hoc est & portatile proutarium: quo
 studiosos Mathematicæ sublimioris deducimus
 ad Scripta Regiomontani, Finckii, Landsper-
 gii, Pitisci, Adriani Romani, Clavii, Magi-
 ni, & ad consummatum illud Opus
 Palatinum Rhetici.

FINIS
 TRIGONOMETRIÆ.



AUCTUARIA

Duo:

PRIVS

DE MENSURANDIS PER
QUADRANTEM ET SEMI-
CIRCULUM LINEIS

RECTIS;

POSTERIUS

DE SUPPUTANDIS LOCO-
RUM TERRÆ DISTANTIIS

GEOGRAPHICIS.

*Ad usum Trigonometriae familiarem
demonstrandum subjuncta.*





DE ALTITUDINIBUS ET LONGITUDINIBUS per Quadrantem aut Semicirculum dimetiendis.

AUCTUARIUM PRIMUM.

Inter ceteras, quae hodie studiosius excoluntur, materias Mathematicas & haec est. Nullis ferè mundanis non videas novorum instrumentorum novos apparatus, novos editos tractatus, etiam speciosè typis aeneis ornatos. Ac iste quidem aeneo figurae semper satiant oculos, haud semper animos. Quis enim inter multos istarum figurarum aeneis depictarum dimensionum & regularum catervatim de his traditarum rationem reddit? ita lector ἀγνοῦντες, nisi libellum istum assidue secum portet, memoria mandare cogitur omnes & singulas istas de singulis casibus regulas: universalem autem unam cerebro imprimere ignorat. Sed reperias etiam egregia ignorantiae compendia, desideria fomenta. quanam? instrumenta, quorum beneficia omnis linearum dimensio sine ulla numerorum supputatione, si Deus placet, absolvitur. Organa profectò gemmis & auro redimenda, si tui certe quæ præstarent id, quod magnificè pollicentur. Ergo verè nullum eorum adhuc vidi (vidi, modestè dixerim, non pauca tum à Germanis tum ab Italis & Gallis edita) quod omnibus dimensionum casibus suffecerit. Omnibus autem casibus idoneus & sufficiens est Circulus aut saltem semicirculus partibus suis Geometricis divisus, sed globulo supra fulcrum adaptato circumvolubilis, cujus adornatio commodius oculari fabrica quam delineatione scharfacea docetur.

Huius

Hujus Semicirculi sive dupli Quadrantis usum in dimensione linearum rectorum hic jungam: non quidem omnium dimensionum casus explicaturus, sed saltem in maxime frequentibus usum Trigonometricae planorum ostensurus.

Principio igitur omnis dimensionis hoc tibi fundamentum esto:

I. In omni legitima dimensione offerunt sese duo Triangula similia, angulo communi ante mensuris oculum concurrentia; unum minus in instrumento mensorio; alterum majus in aëre: ita ut ubicunque haec duo Triangula non dantur, dari nequeat genuina dimensio. Omnis enim linea mensuranda est unum latus Trianguli majoris, proportionale homologo lateri minoris, per p. 13. c. 3.

Quid sint triangula similia, vide p. 11. c. 3. homologa similibus Triangulorum latera sunt aequales angulos comprehendentia, de quo p. 13. ejusdem c. Caterum quomodo Δ la similia sint in praxi mensoria, ad singulas dimensionum regulas monstrabimus.

II. Linea deinde mensuranda vel est altitudo vel longitudo.

Nomulli tertiam speciem addunt, Latitudinem: sed hac proprie est Longitudo transversim aspecta.

III. Altitudo est linea horizonti perpendicularis: longitudo est in ipso horizontis plano vel eidem parallela.

IV. Alti-

IV. Altitudo mensuratur collimando aut ex inferiori loco ab altitudine nonnihil remoto in altitudinis apicem; aut contrà ex apice in locum istum inferum seu terminum subjectæ distantie.

V. Verobiq; si loci istius distantia ab altitudine sic mensurâ populari præcognita, dimensio absoluitur statione & collimatione unica; sin minus, duabus.

Requiritur autem, ut ista distantia sit altitudini perpendicularis. Aliàs simul explorandum est aut præcognoscendum, quantum sit altius aut humilius altitudinis fundamentum quam locus è quo vel ad quem fit collimatio.

VI. Ex una statione Canones dimensionum hi sunt.

I. Si visus fuerit ex inferiori loco per pinnas Quadrantis aut Semicirculi tam fixi quam pensilis in apicem altitudinis; erit ut Sinus Totus ad Tangentem arcus abscissi sive anguli observati, sic distantia mensuris ab altitudine est ad altitudinis partem, quæ cum altitudine fulcri quadrante sustentantis, sive cum altitudine collimantis oculi à terra, totam componit altitudinem quæsitam.

Duplex est Quadrans & Semicirculus; fixus, qui fulcro affigitur immotus, regulâ cum pinnaculis mobili; & pensilis, qui manibus tractatur ipse mobilis, cujus pinnaculia sunt in alterutro latere, sic ut collimatione factâ perpendicularum è centro liberè dependens vice regule gradus observatos indicet. Ego multis de causis pensili præfero si-

21. c. 2. Ergo in Triangulis hisce per p. 11. c. 3. similibus
erit per 13 ejusd.

Vt CD ad DF: Sic CG ad GB vel

Vt CD ad CG: Sic DF ad GB.

In Quadrante pensili hac duo Δ quoque sunt similia
licet non similiter sita.

Nam Δ um CiE Δ o CDF est simile per p. 12. c. 3.

Eidem CiE simile est CiV Δ angulus observationis CV
equalis angulo iCE per p. 18. c. 3. ergo utriusque tangens DF
estque ita perinde est sive per p. 13. c. 3. dixeris

Vt Vi ad iC, sic VG ad GB; sive

Vt CD ad DF, sic VG ad GB.

Hac est vera demonstratio dimensionis altitudinum,
quam si fideliter perceperis, simul rationem dimensionis di-
stantiarum percepisti, ut suo loco audies.

Vides hic etiam, cur ad altitudinem ex operatione pro-
venientem addere cogaris altitudinem fulcri: parallelo-
grammum enim GCHA planè exclusum est à proportione
 Δ lorum nisi planè supinum te cum instrumento prostraveris.
Si Altitudo materialis fuerit notabilis crassitie, in conum
seu wucronem desinens, distantiam GC vel AH non simplici-
ter sumendam à pariete vel circumferentia altitudinis, sed
ex interiori centro. Quod qua ratione fiat, attendende. Si,
e. g. turris fuerit baseos circularis, periphèria exterioris
partè sextam pro semidiametro turris accipe: aut si non da-
bur circuitio, internam mensurato diametrum, cuius semis
adde crassitiem muri. Sin turris fuerit baseos quadrangule
(semper sunt parallelogramma, & plerumq. reſt angula) li-
nea ex angulo in angulum oppositum semis crassitudini mu-
ri additam sine notabili errore pro crassitie turris assumere
licet. Cetera subtiliora te decebit usus.

VII. 2. Si Visus fuerit per pinnas \hat{e} summo altitudinis in terminum subj \hat{e} ctæ distantiæ; erit Vt Sinus Totus ad Tang. complementi arcus vel anguli observati, sic distantia ad totam altitudinem.

Hic non necesse est altitudinem fulcri addere. Fit enim visio ex L per O in H . Arcus observatur PO , cujus complementum ON & hujus tangens NQ . Sit distantia KH 40 cubitorum & arcus observatus PO 43 $\frac{1}{2}$ gr. Eius igitur complementum ON est 46 $\frac{1}{2}$ gr. cuius tangens NQ 105378. Erit

Vt LN Ad NQ Sic HK Ad KL


100000 — 105378 — 40 — 42 proximè.

Triangula enim LNQ & LKH similia sunt propter rectos ad N & K & propter alternos ad L & H (recta n. LH incidens in parallelas LN & KH facit eos angulos æquales per p. ult. c. 2.) Ergo per p. 13. c. 3.

Vt LN ad NQ Sic HK ad KL , & alternè. Demonstrationem in quadrante pensili prudens omitto, cum è præced. prop. constet, omnia in fixo demonstrata locum etiam habere in pensili.

VIII. Dimensio è duabus stationibus absolvitur hac proportione: Si visione è duabus stationibus, in eadem horisontis linea fixis, ad apicem altitudinis factâ observatorum arcuum complementa complementorumq; tangentes inquirantur, erit ut differentia tangentium ad Sinum eorum, sic differentia stationum ad altitudinem, excepta fulcri quantitate, totam.

Esto



Eslo men-
suranda altitu-
do AC pyra-
midis, cujus di-
stantiam à D
vel E propter
interjacentia
fortè adificia
vel aia impe-
dimenta igno-
res.

In prima ergo statione D observato arcu GI, ex
gr. 49 gr. recede in alteram stationem E, (que cum prima
fit in eadem horizonis linea ADE) similiterq; observato
hic arcu GL 37 gr. inquire utriusque arcus observati G
L & GI complementa i H 41 gr. & LH 53 gr. eorumq;
tangentes HK 86929 & HN 132704: eritq; diffe-
rentia Tangentium NK 45775. Differentia stationum
esto 75 cub. Proportio jam talis est: Vi NK 45775 ad
HF 100000, sic FF vel ED diff. stationum 75 cub. ad
BC 163; proximè: Δ la enim obliquangula NKF & F
FC, quarum altitudines per p. 26 c. 1. sunt HF & BC,
similia sunt: siquidem recta KF in utraque statione propter
æquales arcus GI sunt parallela, in quas recta CF, ex apice
altitudinis mensuranda ad centrum Quadrantis in secunda
statione incidens, facit angulos alternos FCF & NFK
per p. ult. c. 2. æquales: sic & parallela NH & GF faciunt
æquales KNF & NFG acutos, item NKF & FFC ob-
tusos. Igitur per p. 13. c. 3. non tantum est Vi NK ad KF,
sic FF ad FC (à prima statione in apicem) sed etiam ut
NK ad HF, sic FF ad BC.

Q

Quod

Quod si in hoc casu divisionem evitare velis, inquire differentie Tangentium quasi peculiaris tangentis competentem arcum, e.g. 24 gr. 35 $\frac{1}{2}$ min. ejusq. iterum complementi 65 gr. 24 $\frac{1}{2}$ min. tangentem 218461 multiplica per differentiam stationum 75, productumq. 16384575 divide per sinum totum, & habebis quotientem 163 $\frac{3}{10}$ ut prius. Inventa jam CB 163 $\frac{3}{10}$; adde altitudinem fulcri a D vel a E vel B A, ex gr 2 $\frac{1}{2}$ cubit. & habebis altitudinem totam AC 166 $\frac{3}{10}$ cubitori.

IX. Sequitur dimensio longitudinis, primò ex una statione:

Si visio fiat per pinnas ex uno longitudinis termino in apicem altitudinis ad alterum terminum erectæ; erit ut Radius ad tangentem complementi arcus, sic altitudo quantitate fulcri diminuta ad distantiam. Sin visio fiat ex altitudine in alterum distantie terminum; erit ut Radius ad tangentem arcus, sic altitudo ad distantiam.

Requiritur hinc præcognita quantitas altitudinis, ad cuius apicem per pinnas sit visus, sicut in dimensione altitudinis ex una statione requirebatur cognita distantia. Repetito igitur isto diagrammate (exemplo numerali non est opus) si visio fiat ex C in B, erit in Δ lis R T C & C G B, propter rectos ad T & G & propter alternos ad C & B similibus, ut CT Radius ad T R tangentem complementi arcus DE, sic BG ad G O. Sin fiat visio supernè ex L in H, erit ut LP ad P S, sic LK ad KH propter Δ la L P S & L K H manifestè similia similiterq. sita.

X. E dua-

X. *E duabus stationibus dimensio fit bifariam, prout videlicet accessus ad alterutrum distantia terminum datur, aut non datur.*

XI. *Si datur accessus, datur simul aut non datur in termino altero perpendicularis altitudo, ad cuius apicem prospici possit.*

Tumque facta Geometrica visione, una è termino distantia, altera è loco remotiori, in unam tamen cum distantia lineam incidente, Si arcum observatorum inquirantur complementa complementorumque tangentes, erit ut differentia tangentium ad tangentem minorem, sic differentia stationum ad quæsitam distantiam. Aut si statio secunda sumi nequeat loco remotiori sed in ipsa distantia linea, erit ut differentia tangentium ad tang. majorem, sic differentia stationum ad distantiam quæsitam.

Hæ proportionēs manifestæ sunt è diagr. proximè præcedente. Si namq; proposita sit distantia AD, facta planè ubi ibi è stationibus D & E visione est ut NK ad KH, sic FF ad FB, hoc est, DA. Nam in Triangulis similibus NHF & FBC ut tota NH ad totam FB, sic pars NK ad homologam partem FF, & alternè.

Si verò distantia proposita sit EA, ita ut statio secunda D propter fortè paludes, aut alia in recessu impedimenta necessariò sumenda sit in ipsa distantia linea, erit in iisdem Triangulis ut NK ad NH sic FF ad FB sive EA.

Exempla faciliè è superiùs ad figuram applicato huc desumi possunt.

XII. Si non datur quapiam talis altitudo: fit
sed saltem in ejus vicem humili quodam altamen
conspicuo signo stationes necesse est assumantur una
quidem in termino distantiae opposito, altera ad la-
tus transversa.

XIII. Eligatur autem ista transversa, si fieri
potest, in linea ad distantiae terminum perpen-
diculari.

Tunc enim instrumento ad horizontem pa-
rallelo è secunda statione facta ad utrumq; di-
stantiae terminum visione erit Radius ad Tang.
arcus intercepti, ut differentia stationum ad di-
stantiam quaesitam.



Esto mensuranda distantia AB ,
in cujus neutro termino turris aut a-
liud aedificium erectum. Fixo igitur
signo aliquo conspicuo in E primo ad-
miniculo regule duobus in Quadrante
vel semicirculo (horizonti nunc paral-
lelo) radiis ad invicem perpendicu-
laribus seorsim applicatae quaratur, si
fieri potest, ab A versus dextram aut
sinistram linea AI ad distantiam EA
perpendicularis, inq; ea eligatur statio secunda I ,
cujus distantia à prima exploretur. Ac tunc in secunda statione
iterum instrumento ad horizontem parallelo observe-
tur arcus OV radiis visivis IA & IE ad terminos distantiae pro-
posita directis comprehensus. Cuius tangent. OY si per dif-
ferentiam stationum AI multiplices & productum sinu to-
to dividat, provenit distantia AB . Nam in Δ lis IOI &
 IAB

IAE propter angulos ad A & O rectos & propter commu-
nem ad I similibus, est per. sepe cit. p. 13. c. 3. Ut IO ad O
I, sic IA ad AE; & alternè.

ET HACTENUS QUIDEM TUTVS
QUADRANTIS USUS: DEINCEPS
TUTIUS ADHIBE SE-
MICIRCULUM.

XIV. Sin statio ad distantiam perpendicularis
haberi nequit.

E prima quidem statione sive alterutro di-
stantiæ termino fiat visio tum ad alterum termi-
num tum ad secundam stationem; & secunda ad
utrumq; distantiae terminum. Tunc enim si duo-
rum angulorum observatorum complementum
inquiratur ad duos rectos, Ut complementi si-
nus est ad differentiam stationum, sic erit sinus
anguli secundæ stationis ad distantiam quaesitam.



Jam non habes duo Δ la similia
rectangula sed unum obliquangulum
qualecunque, e.g. ABC: Vbi quæri-
tur de latere AB. Fiat igitur visio è
prima statione A in terminum alte-
rum B & stationem secundam C: è
secunda deinde statione C fiat visio in
utrumq; distantie terminum A & B.
Quo facto dantur in hoc Δ lo duo an-
guli A & C per observationem & la-
tus interjectum AC. Iam ex p. 7. c. 6. tibi notum est, an-
gulis duobus datis dari simul tertium ad B, utpote comple-
mentum

mentum summa duorum ad semicirculum sive duos rectos. Igitur per p. 15. c. 6. Vt sinus anguli B est ad latus oppositum sive differentiam stationum AC; sic sinus anguli C est ad latus oppositum sive distantiam quæsitam AB.

XV. Restat mensuranda distantia sive longitudo ad cuius neutrum terminum datur accessus: quam alii Latitudinem impropiè vocant.

XVI. Requirit præcognitam utriusque termini à certo mensuris loco distantiam quam radium opticum dicimus, simul & angulum alterutro radio optico & longitudine quæsitâ comprehensum.

XVII. Distantia terminorum exploratur regulis modò traditis: angulus autem ex observato alio angulo radius opticus intercepto;

Nam ut summa radiorum opticorum est ad eorundem differentiam; sic tangens dimidiæ reliquorum præter observatum angulorum summæ est ad tangentem differentiæ à dictâ dimidia summa subtrahendæ, ut prodeat angulus minor; aut addendæ, ut prodeat major. per p. 17. c. 6.

XVIII. Cognitis demum angulis, Vt sinus alterutrius eorum est ad radium opticum oppositum, sic sinus anguli observati est ad longitudinem quæsitam. per p. 15. c. 6.

Hæc dimensio nonnihil difficultatis præbet minus in Geometria exercitatis. Sumo urbis alicujus due turres aut alia loca A & B, quorum distantia è castris ad urbem locatis exploranda. Per regulas antecedentes exploretur à certo aliquo



aliquo loco C distantia utriusq; termini A & B, hoc est, linea CA & CB (utraque è binis stationibus, quarum utrobique altera sit in C) Quibus lineis (quas radios opticos vocamus, quod secundum eos visus dirigatur observando angulo C, ut jam diceretur) praecognitis observeur angulus his interceptus.

[Ramus & alii pleriq; latitudinem seu distantiam transversam dimensuri, posthabita quantitate linearum CA & CB, duabus è stationibus C & H per Radii sive Baculi Iacobi pinnas E & F observant utrumq; terminum A & B, pinnarum intervallo eodem in utraque statione servato; quo fit, ut segmentum indicis CD in statione C sit contractius, in statione H longius: ac tum dicunt, sicut est differentia segmentorum indicis ad pinnarum intervallum EF, sic esse differentiam stationum ad AB latitudinem quaesitam. Quae proportio si valere debeat, necesse est, ut index CD continuatus ad latitudinem AB sit perpendicularis, adeoque transversarium EF & ipsa latitudo AB sint parallela: At unde sciunt transversarium & lineam mensurandam esse parallelas? elenchus igitur dimensionis hoc modo committitur ut plurimum.]

Deinde ex loco C observeur angulus radiis opticis CA & CB comprehensus, quo dato dantur in Δ lo ACB duae latera cum angulo ab illis comprehenso: ergo primum innotescit angulus ad B vel A, per p. 17. c. 6. ac deinde latus tertium AB per p. 15. ejusdem. Sit AC perticarum 65, B C 70, angulus interceptus gr. 47. Calculus talis est:

Duo ang. recti 180 gr.

angulus C 47 gr.

BC 70—70

AC 65—65

Summa ang. A & B 133 gr.

Semisis 66 gr. 30 m.

135 — 5 — Tangens 229984. Operatione
 peracta provenit 85 18 Tangens 4 gr. 52 m. que addita
 usurpata semisi 66 gr. 30 m. producit angulum A ma-
 jorem (qui nempe majori lateri CB opponitur) 71 gr. 22
 m. Jam porro Vi hujus anguli sinus 94759 est ad latus op-
 positum CB 70 pers. Sic anguli observati C sinus 73135
 est ad latus oppositum sive distantiam questam AB 54
 pertic.

NB Quod si cui nimis laboriosus videtur iste calculus (de-
bet autem nemini Geometriam amanti) is in orichalco
vel equabili charta mechanicè constituas angulum C an-
gulo observato equalem, & crura CA & CB adhibita
scâ à vel instrumento partium usitato continuet ad propor-
tionalem crurum realium quantitatem: tunc enim distan-
tia AB circino in scalam traducta manifestatur.

Et hæc de dimensione linearum rectorum ad usum cal-
 culi Triangulorum planorum ostendendum addidisse suf-
 ficiat. Plura reperiuntur in Geometria nostra
 publicis prælectionibus tra-
 dita.



DE DISTANTIIS LOCORUM
terrae Geographicis supputandis

AUCTUARIUM POSTERIUS

Auctuario priori monstravimus usum doctrinae Triangulorum planorum: aequum est ut etiam sphaericorum usum ostendamus, & quidem non in Astronomicis, ubi multo latior est eorum usus, sed in Geographicis, ut in familiarioribus & usui civili propioribus. Etsi verò Distantia locorum Geographica sine Triangulorum sphaericorum doctrina supputari solent à plerisque, qui de sphaera mundi libellos conscriferunt, autoribus: tamen iste ab illis praescriptus calculus nec aded tutus est, nec expeditus, qua de re a libi. Nos calculum nostrum immortis Trigonometriae demonstrationibus fundatum perspicue simul & breviter proponemus.

I. Distantia locorum Geographica est arcus circuli sphaerae terrena maximi inter data loca comprehensus.

II. Determinatur itaque gradibus & minutis Geometricis, in stadia postmodum aut miliaria convertendis.

III. Conversionis fundamentum ex eo est, quod singulis gradibus respondeant miliaria Germanica 15, unde quaternis minutis respondent miliaria singula.

Prius ab experientia est: comprobatum habetur, iter facientibus recta versus septentrionem aut meridiem ad quinquena semper miliaria polum elevationem reddi in-

gro gradu. Posterius è priori colligitur: nam si 60 minutis respondent mill. 15, ergo 4 minutis resp. 1. milliare. Inventa igitur in gradibus & minutis locorum distantia, si gradus multiplices per 15, scrupula verò divides per 4, summa productorum exhibet distantiam locorum in miliaribus. Id quod hic semel præmonitum posthac semper observa.

IV. Est autem distantia locorum triplicis generis, prout videlicet loca differunt vel latitudine vel longitudine vel utraque.

V. Latitudo loci est distantia ejus ab æquatore, semper æqualis elevationi poli: mensuratur arcu meridiani inter æquatorem & locum terræ datum intercepto.

Quod in cælis est declinatio stellæ, hoc in terris est latitudo loci: scilicet utrumq; distantia ab æquatore. Hac in terris est semper æqualis elevationi poli: nam si super æquatorem terrestrem habites, cælestis per verticem tuum transit: sin pervenias ad polum alterutrum terrestrem, verticalis tibi polus cælestis est: ergo quantum ab æquatore terrestri versus alterutrum polum recedis, tantum iste tibi polus supra horizontem elevatur.

VI. Longitudo loci est distantia eius à primo meridiano per Insulas olim Fortunatas, hodie plerunque per Flandricas, ducto: hæc mensuratur arcu æquatoris inter meridianum primum & meridianum dati loci intercepto.

De primo Meridiano multa necessaria differendi alibi dabitur occasio.

Saltim

LOCORUM DISTANTIIS. 225

Sabem id hoc loco notetur, Ptolemæum & veteres Meridianorum ordinem numerasse ab eo qui per Ins. Fortunatas transit, recentiores plerosque per Azores sive Ins. Flandricas: ideoque in duorum locorum longitudine designanda utriusque loci longitudo ex eodem Catalogo ad eundem terminum collecto sumatur.


CONSECT. Itaque differentia longitudinum est arcus æquatōis inter meridianum utriusque loci comprehendens; semper semicirculo minor.

Ideoque si e Catalogis vel tabulis reperitur major semicirculo, complementū ejus ad integrum circulū usurpatur.

VII. Longitudinum ac Latitudinum Cataloga passim habentur in libellis sphericis & Ephemeridibus autorum complurium.


VIII. Distantiæ locorum sola latitudine differentium supputandæ regula hæc est:

Si locus tantum alteruter ab æquatōre distet; ejusdem latitudo simpliciter exhibet distantiam locorum quæsitam: si utriusque latitudo sit versus eundem polum; differentia latitudinum est distantia quæsitam: si alterius latitudo sit borealis, alterius austrina; summa latitudinum est distantia quæsitam.



Non igitur hic ulla Trigonometria opus est. In præseni hemisphærio, circulus completus est meridianus locorum CBAP: AKGE est æquatō, cujus poli D & Q. Primum igitur loca A & O nullam habent latitudinē; ideoque si ad A comparetur locus B vel C vel P, latit. CA vel BA

vel PA est ipsa distantia quaesita: sic $\odot FO \odot LO \odot NO$ est distantia locorum $F \odot O, L \odot O, N \odot O$. Secundò si queratur distantia locorum $B \odot C$, latitudo minor BA subtracta à majori CA relinquit distantiam CB : quod idem intellige de locis $F \odot L$. Tertio si queratur distantia locorum $B \odot P$, vel $C \odot P$, summa latitudinum BA vel $CA \odot PA$ est distantia quaesita: quod etiam intellige de locis $L \odot N$ vel $F \odot N$. Exempli gratia, Dantiscum \odot Torunium eidem subjacent meridiano, sed latitudo Dantisci est 54 gr. 24 min. Toruni 53 gr. 12 m. utraque borealis: ergo differentia 1 gr. 12 m. in milliaria conversa prabet Geographicam distantiam 18 milliaryum, cum tamen uer usitatum addat adhuc duo.



Sic Toletum Hispania \odot Oxonium Anglia eandem habent longitudinem: sed Toleti latitudo est 39 gr. 55 m. n. Oxoni 51 gr. 51 m. utraque borealis: differentia 11 gr. 56 m. quo facit milliaria 179 .

Queritur quantum distet Africa promontorium, Capo de Palmas dictum, ab opposito Magellanico promontorio sub eadem longis. sito. Illius latitudo est 3 gr. 30 m. borealis: hujus autem 47 gr. 30 m. australis: summa 51 gr. facit 765 milliaria.

IX. Locorum sola longitudine differentium distantia supputatur his regulis:

1. Si loca sint sub æquatore, differentia longitudinum est ipsa distantia quaesita.

LOCORUM DISTANTIIS. 227

Ut in precedenti figura loca E, G, G & O, O & A & c.
 Exempli gratia queratur quantum distet Insula S. Thomæ
 (medium scilicet insule) ab occidentaliſſimo ostio magni A-
 mazonom fluvii in America, Rio grande de las Amazonas
 dicti & Caraban m à Brasilia dirimentis. Virumq; locum
 datum Equator transis: ac juxta Mappas Fansoni qui pri-
 mum meridianum per Insulas Corvo & Flores ducit, Insu-
 la S. Thomæ longitudo est $43^{\frac{1}{2}}$ gr. dicti autem ostii longitudo
 345 gr. differentia $301^{\frac{1}{2}}$ r. quæcum sit major semicircu-
 lo, complementum ejus $58^{\frac{1}{2}}$ gr. patefacit distantiam qua-
 sitam, scil. mill. $877^{\frac{1}{2}}$.

X. 2. Si sint extra Equatorem (intellige
 versus eundem polum, aliàs calculus est idem
 cum omnium ultimo casu) erit Ut unus totus
 ad sinum complementi communis latitudinis,
 ita sinus semidifferentiæ longitudinis ad sinum
 semidistantiæ quæ sitæ. Aut si communis latita-
 do & complementum semidifferentiæ longitu-
 dinis assumantur, Triangulum sit rectangulum
 quo per p. 15. c. 7. sola prosthaphæresi soluto
 prodit sinus semidistantiæ.

Sunto data loca B & L, quorum latitudines BA & LO
 sint æquales, ita ut Triangulum BDL sit æquicurium. Di-
 misso perpendicularo DIK bisecante differentiam longitudi-
 nis OA (mensuram anguli D) in K simul & Trianguli da-
 ti basin BL in I, sunt duo Triangula BID & IDL ad E
 rectangula & penitus æqualia, in quorum unoquoque per p.
 8. c. 7. est ut sinus anguli I, sinus totus, ad sinum hypotenu-
 se LD sive BD, sic sinus anguli IDL aut IDB ad sinum
 lateris

lateris LI vel IB, cujus duplum LB est quesita distantia LB.

Aut si IL & KO continues in G, ut GI & GK sint quadrantes, habes Δ lum GOL per p. 18. c. 2. ad O rectangulum, in quo ex datis lateribus circa angulum re-ctum LO & OG sola prosthapharesi per p. 15. c. 7. invenire potes latus tertium GL, cujus complementum LI est semidistantia quesita: invenies autem, ut praxis te docet, illic sinum arcus IL tanquam complementi tertii lateris.

Exemplum. Insularum Flandricarum caput est Tercera, quam peritissimus ille Iohannes Hugo van Linschoten scribit sitam sub eadem altitudine (ut loquuntur nauta, subintellige Poli) cum Lissibona Lusitania.

Hujus latitudo est 38 gr. 40 min. longitudo Tercerae juxta Fansonium 4 gr. longitudo Lysibona 22 gr. 40 min. differentia longit. 18. gr. 40 min. semissis 9 gr. 20 min. Numerorum locatio juxta p. 8. c. 7. talis est:

Radius Sinus 51 gr. 20 Sinus 9 gr. 20 min.
min. compl. com- semidiff. longit.
mun latit.

100000 ——— 78079 ——— 16218. Operatione peracta provenit 12663 fere, Sinus Semidistantie 7 gr. 16 min. 27 sec.

At juxta p. 13. & 15. eundem sinum sic inquire: Quia latitudo communis est 38 gr. 40 min. & complementum semidifferentie longitudinis 80 grad. 40 min. fiat praxis

Latus

LOCORUM DISTANTIIS. 229

Latus majus	80	40	Complem.	9	20
minus	38	40	— — —	38	40

Comp. prius	119	20	Cōp. post.	48	o	sinus	74314
Excessus	29	20	— — — — —	— — —	—	siuus	48989

Residuum 25325


Semissis est sinus quaesitus 12662

Cum itaque semidistantia sit utroque modo 7. gr. 16 m. 27 sec. erit tota 14 grad. 32 m. 54 sec. hoc est miliarium 218, cum quadrante ferè: nam si 4 scrupula respondent uni miliarium, ergo unum scrupulum respondet uni miliaris quadrantis.

XI. Locorum tam longitudine quam latitudine differentium similiter aut alteruter tantum aut uterq; extra aequatorem est.

XII. Si alteruter tantum, distantia ejus ab altero reperitur sequentibus regulis.

1. Si differentia longitudinis æquetur quadranti, ipsa quoque distantia quadrantem æquat.



In presenti figura data sint loca A & D sive B & D, ut loci D latitudo sit DE, differentia longitudinis AE vel EB quadrans. Quoniam ergo A & B referunt polos circuli CDEH, proinde per p. 12. c. 1. tam AE & EB quam AD & DB quadrantes sunt. Talis

distantia habet Insula S. Thome ab orientali litore Jamaica, à Fretto Magellanico, & ab ostio Gangis, nempe à singulis distat 90. gr. h. e. 1350 miliaribus.

XIII. 2. St

XIII. 2. Si differentia longitudinum quadrante minor fit, ipsa longitudinis differentia & latitudo loci istius unius fiunt crura trianguli rectanguli prosthaphærerici, cujus hypotenusa, quæ sitam locorum distantiam referens, invenitur per p. 15. c. 7.

Dentur in proximè præced. schemate loca B & G: dabuntur in Triangulo BEG ad Rectangulo latera BE differentia longitudinum & EG latitudo loci G, quibus datus per p. 15. c. 7. vel etiam per alias regulas rectangulorum invenitur hypotenusa BG.

Exempli gratia queratur quantum Lisibona distet ab ostio Rivi grandis Amazonum, de quo ad p. 9. meminimus. Utriusque loci longitudinem antea habuimus. Lisibona erat 22 gr. 40. min. Rivi grandis 345 gr. differentia 322 gr. 20 min. cum sit major semicirculo, complementum ejus ad integram Circulum 37 gr. 40. min. pro differentia longis. assumitur. Latitudo Lisibone 38 gr. 40. m. Talis ergo calculus est:

FG	38	40	Compl.	51	20
FB	37	40	—————	37	40
	76	20		89	0 sinus 99985
Compl.	13	40	—————		sinus 23627

Summa 123612

Semissis, 61806 est sinus

arcus DG 38 gr. 10. m. cujus complementum 51 gr. 49. m. est distantia BG quæ sita, nempe 777 miliarium cum quadrante circiter.

XIV. 3. Si differentia longitudinis quadrante major fit, latitudo loci & complementum

LOCORUM DISTANTIIS. 231

tum differentie longitudinis ad semicirculum sunt pari modo crura Δ li re Δ anguli prosthæ-
phæetici, cujus hypotenusæ complementum per citatam p. 15. c. 7. inventum cum quadrante componit distantiam quaesitam.

Visi dentur loca A & G, differentie longitudinis AF complementum FB, cum latitudine GF loci G exhibet idem, quod ante, Δ lum BFG, ubi inventus arcus GD, complementum scil. hypotenusæ BG, cum quadrante DA exhibet distantiam GA quaesitam.

Exemplum. Sumatra Insula sub equatore sita sic est ut litus ejus occidentalem distet a primo meridiano Iansonico 140 gr. Promontorium Magellanica, cujus jam ad p. 8. mentionem fecimus, litore Orientali ab eodem meridiano distat 30 gr. differentia itaque longitudinum 110 gr. Latitudo hujus promontorii 47 gr. 30 min. australis. Calculus distantie talis est, complemento differentie longit. ad semicirculum assumpto 80 gr.

70	Compl.	20	0
47	30	47	30
117	30	67	30
Exc. 27	30	sinus	92388
		sinus	46175

Resid. 46213


Semis 23106 est sinus

arcus DG 13 gr. 22 $\frac{1}{2}$ m. cui additus quadrans DA producit distantiam quaesitam GA 103 gr. 22 $\frac{1}{2}$ m. id est, mill. 1550 cum semisse circiter.

XV. Si locus uterq; distet ab equatore, latitudo vel

do vel utriusque est versus eundem polum, vel alterius borealis alterius australis.

XVI. Si versus eundem polum, complementa latitudinum fiunt latera Trianguli angulum differentiae longitudinum comprehendentia, quibus tribus datis latus tertium per p. 13. c. 7. inventum est ipsa distantia quaerita.



Hic casus est omnium frequentissimus, ideoque diligenter calculus ejus observandus. Congruit semper ad formam Trianguli, cujus latera duo sunt complementa latitudinum, comprehendentia angulum cujus mensura est differentia longitudinum: qualia Triangula sunt LDR & BDR ad D vel rectangula vel acutangula vel obtusangula. Calculus fit juxta praescriptum prop. 13. c. 7. nimirum:

1. Adduntur inter se complementa latitudinum: summa si quadrante minor est, queritur ejus complementum; si major, excessus: tum excessus vel complementi Sinus rectus.

2. Complementum latitudinis majoris additur latitudini minori: summa queritur itidem sinus rectus.

3. Ab hoc sinu sinus prior subtrahitur, si sinus est complementi; sin est sinus excessus, additur: contrarium tamen fit, si differentia longitudinis est quadrans, per p. 15. c. 7.

4. Semipsis summa vel residui hujus est terminus proportiona-

LOCORUM DISTANTIIS. 233

portionalis secundus: Sinus cotus est primus: tertius autem est sinus versus differentie longitudinum.

5. Inventus per calculum quartus proportionalis si fuerit equalis sinui recto membri secundi; distantia quaesita est quadrans: sin eodem fuerit minor; defectus est sinus complementi distantie quaesitae: si maior; excessus est sinus excessus distantie supra quadrantem. Quod si differentia longitudinis fuisset quadrans, quartus proportionalis per p. 15. sola prostaphaeresi inventus perpetud est sinus complementi distantie quaesitae.

Exempla nunc addemus.

I. Vbi differentia longit. est quadrans, hoc est, angulus BDR rectus:

Plimmouthum, celeberrimus Angliae portus, longitudinem habet in tabb. Fansonicis 27 gr. 5 2 min. latitudinem 5 1 gr. cujus complem. 39.

Xaques, nobilis etiam Americae portus in Sinu Mexicano, habet longitudinem 297 gr. 5 2 m. lat. 20 gr. cujus complem. 70.

Differentia long. 270 gr. h.e. 90 gr. per cons. p. 6. huius Auct.

Compl. latit. min. 70	Latit minor 20
maj. 39	39

Compos. prius	109	Comp. post.	59	sinus	85717
Execellus	19			sinus	32557

Residuum 53160

Semissis 26580 est sinus

15 gr. 24 m. 5 2 sec. cujus complementum 74 gr. 35 m. 8 sec. est distantia Xaques & Plimmouthi, facit milliaria Germ. 1118 cum de drante circiter.

P 2

II. Vbi

II. Vbi differentia longitt. est quadrante minor, hoc est, angulus L D R acutus:

Juxta particulares Iansonii tabulas est

Dantisci Long. $53^{\circ} 45'$ Lat. $54^{\circ} 20'$ Compl. $35^{\circ} 40'$
Lutetiæ Long. $35^{\circ} 35'$ Lat. $48^{\circ} 30'$ Compl. $41^{\circ} 30'$

Differ. Long. $18^{\circ} 10'$ qua cum consentit Origanus.

Compl. latit. min. $41^{\circ} 30'$ Latit. minor $48^{\circ} 30'$
maj. $35^{\circ} 40'$ — — — $35^{\circ} 40'$

Compos. prius $77^{\circ} 10'$ Comp. post. $84^{\circ} 10'$ sinus 99482
Complem. $12^{\circ} 50'$ — — — sinus 22212

Diff. Longit. $18^{\circ} 10'$
Cujus sinus versus 4985

Residuum 77270
Semissis 38635

100000 — — — 38635 — — — 4985 . Operatione calculi peractâ proveniunt 1926 (eadem proveniunt, si secundo & tertio termino proportionali tanquam sinibus relictis inquirantur competentes arcus, arcuumq; complementis instituat operatio prosthaphæretica juxta reg. 2. Coronidis Trigonom.) quæ subtracta à sinu posterioris compositi 99482 relinquunt 97556 Sinum $77^{\circ} 18' m. 26$ sec. quorum complementum $12^{\circ} 41' m. 34$ sec. est distantia harum urbium quesita, miliarium scil. German. $190\frac{1}{4}$.

III. Vbi diff. longg. est quadrante major, hoc est angulus ad D obtusus:

Almeria urbs America in sinu Mexicano, & Gibraltar ad fretum Gaditanum.

Illius longitudo $29^{\circ} 0'$ Latit. $20^{\circ} 40'$ Compl. $69^{\circ} 20'$
Hujus longitudo 28° Latit. $36^{\circ} 10'$ Compl. $53^{\circ} 50'$

Diff. Longitt. 262 , hoc est, 98 per cons. p. 6. hujus Auct.

Compl.

LOCORUM DISTANTIIS. 235

Compl. latit. min. $69^{\circ} 20'$ Latit. minor $20^{\circ} 40'$
 maj. $53^{\circ} 50'$ ————— $53^{\circ} 50'$

Compos. prius $123^{\circ} 10'$ Comp post. $74^{\circ} 30'$ sinus 96363
 Excessus $33^{\circ} 10'$ ————— sinus 54708


Diff. Long. $98^{\circ} 0'$ cujus Summa 151071

Sinus versus 113917 Semissis 75535

100000 ————— 75535 ————— 113917 . Calculo

absoluto proventunt 86047 , (Eadem proventunt si secundo termino proportionali assumo ut sinu recto, & tertio ut tangente vel secante, operationem prosthaphereticam instituas juxta 3. regulam coronidis trigonom.) que à sinu posterioris compositi 96363 detracta relinquunt 10216 sinum 5 gr. 55 m. 16 sec. quorum compl. 84 gr. 4 m. 44 sec. est distantia Almerie & freti Gaditani, nempe miliar. Germ. 1261 .


XVII. Si denique latitudo unius sit septentrionalis, alterius meridionalis, quia tunc datum usitati trianguli laterum unum est majus quadrante, pro illo Triangulo assumitur oppositum, cujus latera data sunt complementa latitudinum utriusque loci, comprehendentia angulum, cujus mensura est complementum differentie longitudinum ad semicirculum: ideo



que etiam lateris tertij calculo inventi complementum ad semicirculum est quaesita locorum distantia.

In praesenti schemate cogitentur data loca L & H, ut solvendum veniat Δ lum DLH, cujus latus D

R 3 H semic



H semper est quadrante majus, ideoque hoc Triangulum juxta p. 1. c. 7. sese legibus trigonometricis eximit, substituto minori DBL per p. 5. cit. c. 6. per 23. c. 3. In hoc Δ lo DBL dantur, 1. LD complementum latitudinis OL: 2. BD hoc est HQ complementum latit. E H: 3. angulus ab his lateribus comprehensus quem mensurat arcus aequatoris A O complementum scilicet differentiae longitudinum O E ad semicirculum.

Assumamus exempli gratia (sed gemino calculo, simplici namq; nequii) supputandum iter à Capite Viridi, Africa promontorio, ad Moluccas.

I. A Capite Viridi ad Caput Bone Spei.

Illius Longit. 15 45 Latit. 14 30 septen. Compl 75 30

Huius Long. 57 0 Latit. 34 46 merid. Compl. 55 20

Diff. Long. 41 15 Compl. ad semicirculum — 138 45

Compl. latit. min 75 30 Latit. minor 14 30

maior 55 20 — — 55 20

Compos. prius 130 50 Comp. post. 69 50 sinus 93869

Excessus 40 50 — — — sinus 65386

Angulus datus 138 45 cujus

sinus versus 175184.

Summa 159255

Semissis 79627

100000 — 79627 — 175184. Quartus proportionalis erit 139496 (quem etiam prosthaphereticè per reg. Coronidis Trigonam. 2. inuenies, si sinum versus assumseris ut secantem vel tangentem &c.) à quo subtra-

his

LOCORUM DISTANTIIS. 237.

Etus sinus posterioris compositi 93869 relinquit 45627
sinum 27 gr. 8 min. 48 sec. excessus tertii lateris supra
quadrantem: ideoque hujus excessus complementum ad
quadrantem reliquum (idem cum totius lateris tertii com-
plemento ad semicirculum) nempe 62 grad. 51 m. 12 sec.
est distantia Capitis Viridis & Capitis Bone Spei, miliar.
scil. 943.

II. A Capite Bone Spei ad Moluccas, in specie
ad Ternaten.

Illius longit. 57 Latit. 34 30 merid. Compl. 55 30
Hujus longit. 164 Latit. 10 septen. Compl. 89 0

Diff. Longitt. 107 Compl. ad semicirculum — 73 0

Compl. latit. min. 89 0 Latit. minor 1 0
maj. 55 30 ————— 55 30

Compos. prius 14430 Comp. post. 56 30 sinus 83389
Excessus 54 30 ————— sinus 81412.

Angulus datus 73 0

Cujus sinus versus 70763.

Summa 164801

Semissis 82400

100000 — 82400 — 70763. Quartus propor-
tionalis proveniet 58308 (quantum etiam prosthapherei-
cè modo prius indicato invenies) qui detractus à sinu poste-
rioris compositi 83389 relinquit 25080 sinum 148. 31^m
m. complementi tertii lateris ad quadrantem: cui additus
alter quadrans (quod perinde est ac si ipsum latus tertium à
semicirculo subtraxeris) componit 104 gr. 31^m m. ipsam
Capitis bone spei & Insula Ternates distantiam, nempe
miliar. Germ. 1568.

Hinc

Hinc sequitur brevissimam Capitis viridis & Moluccarum distantiam esse 271 $\frac{1}{2}$ miliarium.

Ita, Lector, breviter habes methodum supputandarum locorum distantiarum elegantissimam: nec ullus tibi casus occurrere potest qui non ad harum regularum aliquamquadret. Fruere & Vale feliciter.

F I N I S.



Ad prop. 15. cap. 5. Trigonom.

SCHOLIION

Angustiâ paginarum suo loco exclusum.

In Canone Triangulorum ad partes Radii 100000 confecto videre est exempli gratia 88 gr. 41 min. Sinum esse eundem cum sinu scrupuli sequentis, idemq̄ fieri circa alia hujus & 87 gr. vicina minuta, imprimis post 89 gr. 30 min. Item Secantes plurium primi & secundi gradus minorum sibi proximè succedentium sæpè sunt eadem. Unde calculus circa Secantes duorum primorum & Sinus duorum ultimorum graduum planè lubricus est, nisi ipsi subveniatur Sinibus & Secantibus horum graduum ad partes Radii 10000000 supputatis: quas accuratioris calculi gratia post finem nostri Canonis exhibere putavimus operæ pretium.

Neque obstat, etsi ad calculum utaris diversis Canonibus, modò sequentes observentur cautela.

1. In Triangulis planis nunquam omnes tres termini proportionales dati sunt Numeri Canonici, velut è p. 9. c. 6. constat.

2. In sphericis etsi interdum omnes tres esse Canonici possent, non tamen omnes ex isto binorum graduum particulari Canone sumantur, sed primus tantum & reliquorum alteruter: sin omninò sumendi sint, operatione calculi peracta quartus inventus iidem in eundem immittatur Canonem. Cujus limites si excefferit, characteribus duobus ultimis (dexterrimis) diminutus congruet ad Canonem priorem integrum. Quod si characterum rejectorum summa superet numerum 50, reliqui augeantur unitate.

3. Itidem in Triangulis planis cum quarto proportionali fiat, si fuerit Canonicus.

4. In Triangulis planis si quartus proportionalis fuerit latus Trianguli, secundus autem vel tertius fuerit Canonicus, è Canone particulari desumptus; quartus duobus ultimis characteribus imminutus determinat quantitatem lateris quæsitæ, sed ut juxta schol. p. 4. c. 6. Trigonom. fractio attendatur, cujus numeratorem exhibent rejecti characteres, denominatorem semper centenarius.

5. In Δ lis planis si non tantum secundus vel tertius sed etiam primus è Canone particulari desumptus fuerit; quartus retinetur immutatus.

In cæteris etiam casibus omnibus proportio quarti manet inturbata.




Ne sequentes paginae nullo fructu vacarent, visum est appendere sequens Problema Geometricum:

Eine

Q. V. 241

Eine Aufgabe


Den jenigen Landmessern (so in Preussen so wol Königlich als Fürstlich theils jetzt fast so gemein sind als die Poeten) welche ver-
meinen / die vollkommenheit ihrer Kunst
könne wol bestehen ohne doctri-
na Triangulorum.



Alind ist Maas
mit solure ho
ist modo evasym
sich ist Länning
Hochung lugin
et Alind Gas
mstric.

Es ist ein Ort Landes / davon wolte man
gern 3. Zuben abnemen / so / dass die
Grenzen seyn sollen erstlich ein Zaun
vorlengst einem alten Graben ABCDEFGH,
darnach ein Fluss vorlengst H I L, &c. vnd
dann ein schnurrechter Graben I A oder L A
oder wo ihn die maas vnd' rechnung würd
hinstretchen. Die Gerade von H gegen A
kan man wol absehen / auch messen / vnd ist
zum Exempel 224 Ruten: hernacher aber
von

von I, L, K, O, Kaß man gegen A, wegen das
zwischen schießenden Waldes nicht sehen.



Nun ist gleichwol die Frage / weil der
Winckel AHI nicht winckelrecht / sondern
zum Exempel obtusus ist / Wie lang die
Grentz vorlengst dem Fluß seyn werde/vñ
da sie etwan bey I (oder neher gegen H) sich
endete/wie groß der winckel A I H item I A H
seyn muß/damit die Gräber den Graben IA
schurrecht treffen mögen.

Weiter da sichs zutrüge/dasß die Grentz
lengte vorlengst dem Fluß lenger denn HI
durch die rechnung gefunden würde/ als dasß
sie sich etwan bis zum N erstrecken solte/vnd
aber der Fluß bey I sich gegen O wendete/
so müste/ wie die vernunfft vnd augenschein
gibt / die dritte Grentz nicht LA behalten
werden/ sonst würde an den 3 Zuben so viel
man

mangeln als der Triangel ILN. Das zu erst
statten muß man mit der Grentz von L ge-
gen O ferner rücken/aber doch nicht bis ans
O, daß IO so lang würde als IN: denn also
were der Triangel OAL weit grösser als I
LN: sondern man müßt etwan rücken bis
zum K, daß der Triangel KAL so groß wür-
de als ILN. Ist aber die Frage wie lang IK
seyh müste/ Item wie groß alsdan die win-
ckel IKA vnd KAI oder KAH möchten
werden?

Die Rutt allhie in Preussen helt 15
Werckschuch:

Drey hundert gevierdter Ruten machen
einen Morgen:

Dreissig Morgen machen eine Zube

Diß ist kein vnnüt Exempel / sondern ist mir
in Warheit selbs vor dreyn Jahren begegnet.



Pag. 41. ad finem scholii p. 3 r adjice:

Hujus subtense semissis HF vel FC
est sinus rectus arcus CD vel DH
ad arcum CH subdupli, per p. 23.
hujus.

Pag. 204. lin. antepenult. sic lege:

dextros abscissos, & hujus character
superfluus in terminum priorem in-
tegrum: productorum summa &c.

Præter hæc sphalmata nulla, quæ lecto-
rem impedire vel turbare possunt,
reperientur.

Problema

Propositum Geometris istis (quorum p̄ Borussia
tam Regiam qm̄ Ducalem tanta est copia
quanta Poëtarum) q̄ putant Perfectionem
Arts suæ subsistere posse et absq̄ t̄ra
Alorū.

Esto ager, à quò fiat auferendi et populari
mensura determinandi ex gr̄a 3 Mansi, ita q̄ten
ut limites fiat 1 Sepes juxta fossa quādam obliq̄
A B C D E F G H, 2 Fluvij juxta lineam cuius
ripa H I L K etc 3 fossa fossa rectissima
I A vel L A vel quicūq̄ Calculis et mensura
monstrabit. A p̄nto H ad A patet p̄fectus
et ipsa H A mensurari pot̄, ^{sicut} ~~est~~ 224 perticarū.
Sed ab I, L, K, O, p̄fectus ad A ~~est~~ interjectam
soluēlam non patet.

Nihilominus querit̄, quoniam angulus A H I non
est rectus sed exi gr̄a obliq̄, quare sit fluvij
limes juxta ripam fluvij? Et si forte ad I
terminat̄, quare fluvij sit angulus A I H et I A H, et
fossore fossa I A rectissime p̄ solva forte possit?

(vel alio loco) fluvio a linea recta deflecteret,
quod

Porro si eveniret, ut limes juxta ripam fluminis longior p. calcula evaderet quam est H I, atq. ita cum flexura ripe flectens, esset et ipse limes, fuerit deinde, quousq. adhuc ab I in vobis K mensuranda sit, e. g. an in L aut K aut O etc. Item quib. tunc evadat angulis A K I et I A K?

quadrata
Pertica Borussica ginet 15 pedes.
300 Perticae efficiunt Jegera talis Morg
30 Jegera Mansum talis Wtaha.

Itaq. mansi area partiam 9000
Est autem Mansi partiam ad Lunam
Transoniam proportio quae est 25 ad 36. exacte.
Itaq. area Lunae Transoniam est
partiam 12960.

In nonnullis exemplaribus Trigonometriae
& Sphericae ad huc errata deservierunt

Pag. 1. Dedicatiois lineam a fine s lege: wårthop

Pag. 43. lin. 5. ad numerum XXXIX adice hinc: s.

Pag. 47. Solution pp. 43. sic lege: In prima fig. figura
sicut \angle 10 tangens arcus 1Y ad 1D tangente
arcus 1C, sic esse dico EB tangente arcus
CE, q̄pti sc. arcus 1C, ad EV tangente arcus
EY, q̄pti sc. arcus 1Y. &c

Pag. 51. p: Comminia, lege: Compendia

54. lin. 18. et 23. ~~legit~~ q̄ 56345 lege 56335.

56. lin. 21. p: medio contra, lege: media contra.

In tabulis gradus 3 si p̄ lineam q̄pti 99784 lege 99774.

Pag. 167 lin. 11. p̄ Dato lege Quasito

198 lin. 5. p̄ Unig, lege: Angulo q̄p̄to adjacentis

236 lin. 17. p̄ 39 30 lege 39 40

237 lin. 7. p̄ 1943 lege 943.

238 lin. 2. p̄ 2710 lege 2511.

Autbor ipse
compsit

Synowat id est wynnulgar vocabulum
est visitatum Ilcusu at Veticid quod
postea usurpatur ab aequi libratoribus.
An vero istud Synowat sumptum est a
nomine sinuum? ^{Id quod} ~~Id quod~~ notarium diligent
ter contra eo qui melioribus hoc est sy
nuis absq sinibus. Neq miretur quod
si nomen hoc usurpatum est Poloni ex ali
eaa lingua. Nam neq Latinorum propria
vox est. Ab Arabibus nempe assumpta.
Cumq superioribus seculis Arabes omnes
fere literas haerant: in Averroe enim
philosophia effloruit: in Avicenna medi
cina in Gebero physica analysis vel
^{Cartesii} et ~~pro~~ Alchymia et mathematica ar
tes: non est mirum si ab Arabibus in
de omnes petebantur scientiae vox sinuum
ad Latinos aliaq gentes atq adeo
Sarmatas seu Polonos cum per alios
Rum praecipue Vitellionum Ophid
praeclarissimum scriptorem pervenit.

constat sane Vitellionem ex Atrabe
 Alhazeno multa assumpsisse. Tanta
 vero apud Arabes nomen sonante
 erat, ut inde aliam lineam novam
 na desumerentur: quas enim nunc
 Tangentes in Canone Geometrico vo-
 camus. eas alii doctissimi viri pre-
 cipue ^{Franciscus Vitellio} Romanus cumq;
 eo plurimi Prosimus vocauerunt.
 Secantes vero Transsinuosas.

Nominat autem Vitellio terram
 Poloniam suam lib. x. Geom. 74
 in usque inquit terram scilicet
 Poloniam habitabilem quae est
 circa latitudinem 50 graduum

Nihil vero ad Geometricum primum expe-
 ritus Canone Geometrico vel et alii
 vocant Canone Mathematico. Transsinuosas
 erat sententia submississimi Francisci Vit-
 telii quam praemittit hypotesis Canonis
 Mathematici. Ex angulis laterum, vel
 ex lateribus angulis, et mixtim in hinc
 quibus tum magis quam solentur assequi sum-
 ma gloria Mathematici est. Sic enim

